



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

A 860,487

PROPERTY OF

*The
University of
Michigan
Libraries*

1817

ARTES SCIENTIA VERITAS



PROPERTY OF

*The
University of
Michigan
Libraries*

1817

ARTES SCIENTIA VERITAS

Aristoteles

ARISTOTELIS
O R G A N O N
GRAECE.

NOVIS CODICVM AVXILIIS ADIVTVS RECOGNOVIT,
SCHOLIIS INEDITIS ET COMMENTARIO
INSTRVXIT

THEODORVS WAITZ,
PHIL. DR.

LIPSIAE,
SVM TIBVS HAHNII.
MDCCCXLIV.

v.1

ARISTOTELIS
O R G A N O N

G R A E C E .

EDIDIT

THEODORVS WAITZ,

PHIL. DR.

PARS PRIOR.

CATEGORIAE, HERMENEVTICA, ANALYTICA PRIORA.

LIPSIAE,

S V M T I B V S H A H N I I .

MDCCCXLIV.

Wm. C. Brown

REPRINT LIBRARY

135 SOUTH LOCUST STREET • DUBUQUE, IOWA

stoteles de arte logica scripsit de integro ediderim, quamquam quomodo in re ipsa versatus sim, si non excusandum, certe explicandum est.

Nomen quidem Organi iis libris quos edidimus coniunctis non ab Aristotele inditum esse constat — docemur enim Schol. Brandis. p. 140 a 48 sqq. coll. 25 b 31 et 26 a 12 a philosophis Aristotele recentioribus hoc nomen profectum esse; Io. Philoponus autem (v. schol. 36 a 12) ipsam demonstrationem (de qua Aristoteles in Analyticis agit) *ὄργανον* appellavit — sed tamen hoc titulo non uti nolimus, ne singulas partes in fronte libri nostri nominare cogeremur. Ne ordinem quidem librorum, quamquam assentimus iis quae de coniunctione et cognatione, quae inter eos intercedat, praeclare disputavit Brandisius, mutare volumus, quum parum nobis videretur interesse quo loco singulae partes collocarentur, quippe quae non ita comparatae sint, ut alia sine alia intelligi nequeat. In iis igitur quae ad externam speciem pertinent veterem morem cum Iulio Pacio et Bekkero secuti sumus.

In prooemio codices descripsimus, quos inspicere nobis licuit. Ac primum quidem ex animo gratias agimus viris humanissimis doctissimisque, quibus et faventibus et adiuvantibus bibliothecarum quibus praesunt subsidiis libere utendi copia nobis data est, in primis Hasio, viro clarissimo, Bibl. Reg. Paris. Praefecto, et Bettio, Bibl. D. Marci Venet. Custodi, quorum quidem liberalitatem maximis laudibus adaequare non possumus, praesertim quum neque Mediolani neque Florentiae eandem eorum qui bibliothecis praepositi sunt humanitatem experti simus. Nam Catena (nomen ingenio convenit), Bibl. Ambros. Custos, ita custodit libros mss., ut nullius fere codicis copiam faciat quem oculis subtrahere possit, del Furia autem, Bibl. Laurent. Praefectus, ferias ita curae cordi-

que habet, ut furia sit, si petas, ut unum diem festum litterarum studiis concedat. — Codices graecos, praetermissis iis de quibus non habuissemus quod diceremus nisi quae leguntur in Aristotelis ed. Bipont., quae in omnium manibus est, describere voluimus omnes qui ad ipsum Organon pertinerent, Marcianos, Ambrosianos, Laurentianos, Riccardianos, Querinianos, deinde a p. 11 omnes qui commentarios haberent nondum editos, Marcianos, Ambrosianos, Laurentianos, Riccardianos, Parisienses Regios, Coislilianos, Chigianos; quamquam non satis certi sumus num Mediolani et Florentiae omnia viderimus quae ad Aristotelis Organon pertineant, imo in bibliotheca Laurentiana plura millia (si verum est quod auditione accepimus) librorum mss. asservari, qui Napoleone Italiae leges scribente e monasteriis vicinis in eam illati custodum negligentia in indices nondum relati sunt, compertum habemus: quare si non omnes codices, quotquot exstant, descripsimus, aliorum hoc negligentiae vel malevolentiae dandum erit, non incuriae nostrae. De codicibus Romanis cur nihil dixerimus, indicavimus p. 6 init., de Parisiensibus autem nihil diximus, nisi quo quae legantur in catalogo Bibl. Reg. et Coisl. vel suppleantur vel emendentur: namque in codicibus describendis, ne libri volumen frustra augetur, ita semper versati sumus, ut nihil repeteremus quod ex aliis libris, qui ab omnibus facili negotio inspicere possent (catalogos dicimus Bibl. Paris. Reg. et Coisl., Bibl. D. Marc. Ven., Bibl. Laurent.), petere liceret. Iis quae de codicibus ipsis disputavimus inseruimus etiam ea quae, quum non ad singulos quosdam locos Aristotelis commode referrentur, inter scholia a nobis collecta recipi non posse viderentur: dedimus igitur p. 7 sqq. quem cod. Laurent. 31, 37 exhibet Topicorum librum nonum, p. 9 sq. excerpimus quae in eodem libro de hypotheticis syllo-

gismis disputantur, p. 19 sqq. quae habentur in Laurent. 71, 32 de categoria *ποτέ*. Ioannis Itali (e Marc. 265 et Laurent. 71, 32) et Georgi Gemisti scholia (e Riccard. chart. 4, 76) p. 13 sqq., p. 18 sq. et p. 23 dedimus non tam, quia alicuius momenti ea esse iudicaverimus, quam tum ne quid praetermissum videatur quod aliquid auxilii nobis ferre potuerit, tum ut quales auctores isti fuerint appareat. Denique ex cod. Basil. F. II. 21 initium commentarii deperditi adiecimus quem Simplicius de Categoriis conscripsit. — Codicibus descriptis notavimus p. 28 sq. quae praeter ea quae in commentario indicavimus (v. p. 438 et 473) in scholiis a Brandisio collectis corrigenda nobis viderentur.

Sequuntur scholia (p. 30), in quibus colligendis Brandisii exemplum imitati sumus, qui quum ea recepit quibus quid veteres interpretes de singulis locis senserint explicetur, tum maxime etiam ea quae in recensendo et emendando Aristotele alicuius momenti esse possint (ad haec enim in primis eum respexisse patet ex iis quae dicit p. 108 not.) et quae ad philosophiae historiam pertineant. Eadem igitur ratione ducti qua ille scholia ita excerptimus, ut collatis iis quae a Brandisio edita sunt nihil dederimus quod in his vel iisdem verbis expressum vel eodem modo, licet aliis verbis, expositum legeretur: namque hoc semper nobis propositum fuit, ut quae dederit ille a nobis, si fieri posset, supplerentur. Labor quidem atque adeo taedium, quod interpretes perlegenti haud raro faciunt, maius aliquando fuit quam quod propter fructum, qui inde proveniret, subeundum videretur: quod quamquam opere vix incepto perspeximus, quum virum sagacissimum doctissimumque idem et suscepisse et praeclare peregrisse intelligeremus, tamen religio nobis fuit praetermittere quod operi semel suscepto aliquid adiumenti afferre posse videretur. In scholiis exscribendis vix erit, opinor, qui

nimiam diligentiam nobis exprobrat: brevitati certe operam dedimus quam maximam. Commentarios graecos ante Brandisium editos, quibus ille usus est, maximam partem integros perlegimus; in quibus quum pauca tantum inuenimus quae ab illo omissa nobis recipienda fuisse visa sint, nostris scholiis ex commentariis editis aliquid inserere nolimus, sed quodcumque dignum invenimus quod recipere- tur, id in commentario adiecimus et in usum convertimus. Quorum quidem locorum paucitas quum probet eximiam Brandisii diligentiam, scholia inedita quibus ille usus est relegere nolimus, ne frustra retractaretur quod optime factum esset, dum alia superessent, quae, ut perficeretur quod propositum esset, praetermitti non deberent. — Ac primum quidem adhibuimus Leonis Magenteni commen- tarium, quem integrum exstare ex scholiis nostris appa- ret, quamquam non nisi ea typis expressa sunt quae scri- psit de libro *περὶ ἐξηγητικῆς* et de Analyticis prioribus, deinde Michaelis Pselli paraphrasin libri *περὶ ἐξηγητικῆς* ty- pis exscriptam, Stephani paraphrasin eiusdem libri et Ammonii commentarium de Analyticis prioribus (cod. Pa- ris. Reg. 2064), Theodori Prodrumi scholia de Analyti- corum posteriorum libro II (Paris. Reg. 1917), Ioannis Itali de Topicis (Marc. 265), Michaelis Ephesii de Elen- chis sophisticis scripta (Paris. Reg. 1918), denique scho- lia anonyma de Categoriis quae habentur in cod. Lau- rent. 71, 32, Marc. 201; de Hermeneutica Marc. 257, Laurent. 71, 32, Ambros. L, 93, Paris. Reg. 2064; de Analyticis prioribus Marc. 201, Ambros. L, 93; de Ana- lyticorum posteriorum libro I Ambros. L, 93, Paris. Reg. 1972; de libro II Riccard. chart. fol. 10, Paris. Reg. 1917 marg. Quibus quidem scholiis ut nimium pretium sta- tuamus, nos certe longissime absumus: etenim colligendi laborem non tam propterea subeundum putavimus, quod

non negamus, tamen eius librum, quum singula explanare laboraremus, non multum nobis profuisse ingenue fatemur. Qui Aristotelem nondum attigerint aliquem certe fructum ex eo capient, quamvis minime satisfaciet iis qui non quod ille docuerit discere, sed ingenium et indolem summi viri aestimare, quique verum Aristotelem cognoscere velint: nam Biesius Aristotelem non fecit Germanicum, imo Hegelianum, quod merito reprehendit C. Kühn (De notionis definitione qualem Arist. constituerit. Halis. 1844. Praefat.), qui novo commentario logica Aristotelis scripta se ipsum illustraturum esse promisit. Genus dicendi quo Biesius utitur certe tale est, ut Aristoteles antiqua veste deposita ad huius aetatis morem compositus sui ipse vix similis sit. Accedit quod non semper verbis utitur cuiusque rei maxime propriis: v. c. ubi de deductione ad absurdum agit, id quod per syllogismum ipsum probatur appellat „den Widerspruch”, quod quidem vocabulum non nisi de eo intelligere solemus quod repugnantiam in se habet: dicendum erat igitur „das Gegenteil” vel etiam simplicius cum Aristotele „das Falsche” (τὸ ψευδός, v. Biese I. p. 155 init.). Deinde in iis quae disputavit de syllogismis plerumque usus non est litterarum notis, unde factum est, ut quod Aristoteles clare expresserit difficilium sit et obscurius apud Biesium. Denique usum libri impedit etiam hoc, quod, quum Aristotelis verba afferuntur, libro quidem unde sumta sint et capite adscripto paginae et versuum numeri editionis Bekkerianae omitti solent. — Zellius in versione sua *) Iulii Pacii vestigia premit. Quodcunque dubium est ita

*) Novae versionis Franco-gallicae (I. B. St. Hilaire, la logique d'Aristote traduite en français pour la première fois et accompagnée de notes perpétuelles. Tom. I. Paris. 1844) copia nobis nondum facta est.

solvit, ut cum illo consentiat, quamquam auctorem non ubique nominat. Notae quas addidit nihil fere habent quod non legatur in commentario Iulii Pacii, ut quodcumque in altero vel laudaverimus vel reprehenderimus etiam de altero accipiendum sit. Ceterum Zellius non tam vertere voluisse videtur Aristotelem quam interpretatione explicare: saepius enim, ne oratio brevior obscuritatem haberet, adiecit quae deesse ei videbantur: qua quidem amplificatione Aristotelem non corrumpi aegre mihi persuadeo, nisi qui amplificet animorum quodam consensu coniunctus sit cum eo cuius scripta exponat, quod de Zellio praedicare non ausim, quum haud paucis locis (nonnullos exempli causa in commentario commemoravimus, quem de Analyticis prioribus scripsimus) veram Aristotelis mentem eum non perspexisse appareat. — Quae in edit. Arist. Bipont. Buhlius dederit non magni momenti esse vix est quod probemus: quare paucis quibusdam exemplis allatis, unde appareat quomodo Aristotelem intellexerit, contenti sumus: Vol. II p. 673 formulam Aristoteli tritisimam τὸ ἀγαθὸν εἶναι significare dicit „τὸ inesse bono”, cf. quae diximus p. 359 extr.; 18 a 39 scribi vult ἐπὶ τῷ ἀνθρώπῳ, quia nihil praecesserit ad quod referri possit numerus pluralis τοιούτοις. Quae legimus 37 a 35 inepte mutavit, quamquam valde gloriatus de correctione. 70 a 10 excidisse putat vocem ἀτελής, quamquam Iul. Pacius hanc vocem aliunde intrusam esse satis aperte ostendit. Qui plura velit videat quae diximus ad 8 a 34, 13 a 19, 20 a 24, 46 b 34 et quae Buhlius ad vocem τρίτον 69 b 13, ad καὶ ib. vs. 32, multa alia quae et facilia sunt ad inveniendum et indigna quae hic commemoremus. Scholiis non perlectis, sed inspectis ita usus est, ut hic illic delibaverit quod in usum suum conferret; a Iulio Pacio autem, perspicacissimo Aristotelis interprete, in quo, temporis quo vixit ratione habita,

ne hoc quidem reprehendes, quod rem aliquando ita explanaverit, ut singulorum verborum potestatem non satis consideravisse videatur, ingenii acumine longe superatur. „Animadversiones criticae”, quas Buhlius adiecit, non sine arrogantia scriptae sunt, quam, quum non magnam utilitatem habeant quae disputavit, aegre tulimus. Dicendum est autem, ne quid iustae eius laudi detraxisse videamur, quod contulit editionem Aristotelis Aldinam, Iuntinam, Camotianam, Basileensem priorem, Isingrinianam, Hildenianam, Sylburgianam, Casaubonianam, Pacianam et veterem interpretem latinum (ed. Ven. 1480), cuius codicem bibliothecae Gothanae etiam nos passim adhibuimus in Analyticis (desunt enim in codice Categoriae et Hermeneutica), denique in fine voluminis III lectionis varietatem adnotavit quam cod. Guelpherbytanus praebet. Quibus quidem libris quamquam non ita usus est, ut integram eorum collationem instituerit, tamen nemo erit, quin insignis assiduitatis et praeclarae doctrinae laudem ei concedat. — Sequitur ut eos libros commemorem, quibus quantum debeam libentissime profiteor et quos quo melius adhibui et imitatus sum, eo melius etiam rei meae consulero, recensionem dico Aristotelis quam Bekkerus fecit et scholia quae Brandisius collegit. Ac de scholiis quidem quoniam supra diximus, nunc de nova recognitione quam ipsi instituimus exponendum erit. Alienum est autem ab hoc loco quaerere num ea quae sub Aristotelis nomine nobis tradita sint recte ei tribuantur (de qua quidem re Brandisius ita scripsit, ut nobis ab ea abstinendum sit): namque quod nobis propositum est eo continetur, ut quae ad nostram aetatem pervenerint considerata diversitate, quam vel libri mss., in quibus insint, vel alia subsidia quaecunque, quibus uti liceat, praebent, talia et exhibeamus et interpretemur qualia ab auctore et

scripta et intellecta esse quam maxime sit veri simile. Nititur autem Aristotelis recensio tum auctoritate codicum, quibus eius scripta nobis conservata sunt, tum fide veterum interpretum, qui vel hanc vel illam lectionem in libris suis invenisse dicunt.

Bekkerus in recensendo Organo quattuor codicibus usus est, quorum optimos (*A* et *B*) integros iterum contulimus, tertium (*C*) hic illic inspeximus, ut videremus num nova collatione opus esset — qua re vera opus esse et ea docebunt quae a Bekkero praetermissa in *Categoriis* infra notabimus et quae dabimus ad 124b10; 125b26, 39; 126a33 sq., b20; 127a3 al. Quem quidem codicem ut non integrum retractaremus, tum copiae nos moverunt quas iam aliunde comparatas habebamus, tum temporis angustiae, quas ad describendas Pappi collectiones mathematicas adhuc ineditas conferre maluimus, praesertim quum codex ipse reliquis duobus, quos Bekkerus contulit, longe inferior sit. Quartum librum quem Bekkerus adhibuit cur non inspexerim dixi p. 11. Novam autem quam instituimus codicum *ABC* collationem non inutilem fuisse apparebit ex iis quae a Bekkero in *Categoriis* omissa hic adscribamus.

- 1 b 4 τινός om *A*.
 2 a 26 και ζῆρον pr om *A*.
 3 b 37 αὐτη *AB*.
 4 a 7 γε om *B*.
 8 οὐσία *ABC*.
 31 μπεβαλλεν habet *B*, non *C*.
 b 21 τὰ μὲν *BC*. — αὐτοῖς *C*.
 22 τὰ δὲ *AB*.
 23 ολον habet *B*.
 31 ἀει om *B*.
 5 a 19 οἷ *A*.
 b 8 ἄν om *BC*.
 6 a 7 αὐτό] και αὐτό non habet *C*, sed *B*.
 21 οὔτε *BC*.
 29 *A* eadem habet quae praebent *BC*.
 b 11 ἐστ: *AC*.

- 6b24 τὰ πρὸς τι om B.
 7a3 ὥστε ἄν C.
 31 ἔτι δὲ ἄν C.
 b7 καὶ] δὲ καὶ A.
 8 πτερωτῶ ἀντῶ B non habet.
 29 μὲν om A.
 8a5 σῶμα οἶον C.
 b27 λεγέσθω corr B.
 28 πολυχρονιώτερον AB.
 9a21 δὲ] γὰρ A.
 33 et 34 τῶ] τὸ pr A.
 b16 εἴ τις corr B.
 29 λέγεται] litura A.
 10a6 καθισταμένων ABC.
 7 οὐδέ] οὐ AB.
 11a28 εἴ] ἦ corr B.
 12a22 ἄλλα τοιαῦτα χρώματα ABC.
 28 καὶ θάτερον corr B.
 b6 τὰ et 9 οὐδ' ἔν corr B. — οὐδ' corr A.
 7 κατάφασις καὶ ἀπόφασις C.
 13a8 ἀνὰ μέσον ἔστιν A.
 19 γενέσθαι ABC.
 20 τὸ corr A.
 b31 ἦ non habet B.
 14a26 ἔταρον ἐτέρον ABC.
 27 καθὸ AC.
 b7 αὐτοῖς AB.
 30 ἡμίσεως pr A.
 15a2 πτηρὸν καὶ τὸ περὶ non habet B.
 5 πρότερά ἐστιν οὐ ABC.
 22 „fortasse” ante A del.
 b1 ἡγεμῖαι AB.
 9 ἀντιθείη ABC. — ἦ om AB, del C. — τῆ... μεταβολῆ AB.
 14 ἦ om ABC.
 19 pr καὶ om AB.
 25 κύρους] τοῖς κύρους ABC.

Sunt autem plures loci quibus Bekkerum aliam lectionem recepturum fuisse putaverim, si lectionis varietatem integram habuisset: v. c. 6a29, b11; 8b28; 10a14; 13a19; 15b19; 16a23; 17a31; 18b31, 38, 39; 19b3. Omittimus reliqua, quum odiosum sit reprehendere eum, cui tanta debeamus, ut fatendum sit nos, nisi ille bonam partem operis absolvisset, aliquid praestituros fuisse quod

fortasse non contemnendum fuerit, at certe non laudandum. Enotavimus autem omnem lectionis varietatem quam invenimus. Quod si cui videatur operosius factum esse quam utilius, sciat in lectionis varietate indicanda aliquid inutile me maluisse adiciere quam omittere quod prodesse possit, praesertim quum in his rebus et alia aliis videantur utilia et auctoritati eorum quae nunc inutilia sint aliis codicibus collatis aliquid accedere possit. Omnes codices, quorum in libro nostro fit mentio, ipsi inspeximus, quod ingenue fateamur, ut nobis tribuatur et quod emendatum et quod peccatum sit. Non iactamus ita excussos esse omnes, ut iam nihil emolumenti reliquum sit quod ex iis provenire possit, imo vanitate omni abiecta quam maxime optamus, ut exstent qui Aristotelis scriptis emendandis et explicandis eandem operam navent, etiam si quod nos praestiterimus non solum superetur, verum etiam obscuretur et oblivione obruatur. Iam quum tempore quam optime uti vellemus, in conferendis codicibus ita versati sumus, ut liber, quo nobis videretur praestantior, eo diligentius a nobis excuteretur: namque quum certum temporis spatium, quod in conferendis libris mss. consumere licebat, nobis constitutum esset, in locis difficilioribus, quorum lectio valde dubia esset, maiorem curam ponere quam in facilibus, de quibus optimi codices consentirent, par erat: magis enim profuturum putavimus novae Aristotelis recensione, si nova aliorum codicum auctoritate accedente confirmarentur quae dubia essent, quam si aliis codicibus, qui iis quos iam inspexissemus inferiores essent, collatis quae certissima essent etiam certiora reddere vellemus. Quare ex ipsa librorum bonitate qua quisque diligentia dignus esset iudicantes librum diligenter scriptum accurate contulimus, librum negligentius exaratum non nisi quibusdam locis inspeximus, quibus quae vera esset lectio dubitaremus. Quum igitur praeter codices optimos, quos

quam diligentissime excussimus, aut pauci conferendi essent integri — nam codicum qui Aristotelis scripta logica habent tanta est copia, ut subsidia, quae ad novam recensionem adhiberi possint, omnia unquam congestum iri desperandum sit — aut pluribus ita utendum esset, ut difficiliorum locorum maiorem curam haberemus quam faciliorem, fecimus quod rei nostrae maxime profuturum esse putavimus. Ob eandem causam factum est, ut numerus codicum, quibus usi sumus in Analyticis prioribus, minor sit numero eorum quos in reliquis libris adhibuimus: causa scilicet in eo est, quod Analytica priora, ut in quibus lectio minus variare soleat (quod facile intelliges, si lectionum variarum copiam, quam Bekkerus dedit in singulis libris, inter se comparaveris), novis subsidiis minus egent quam reliqua.

Codicum quibus uti nobis licuit antiquissimi iique optimi sine dubio sunt quos Bekkerus litteris *AB* notavit, quamquam in eo ab illo recedendum putavimus, quod codicem *A* potiore duxit codice *B*, quum nobis codex *B* reliquis omnibus praefendus videatur. Ac ille quidem saepissime ubi consentiunt *BC* eorum auctoritatem postposuit codici *A*, v. c. 16 a 12, 26, b 28 al. — sunt tamen loci quibus codicem *B* invito codice *A* secutus est, v. c. 67 a 14, 18, 25, 32, 35, 37, 39, b 12, 13 al. — nos vero lectionem quam praeberet *A* non praetulimus, nisi ubi eius auctoritati aliquid accederet aliunde: v. c. quod *BC* praebent 9 a 12, 17 b 5 mendi speciem habet. Eadem ratio est 14 a 27, quum etiam 14 b 26 habeatur *κατὰ τὸν χρόνον*. 19 b 37 codd. *An* cum Ammonio et Boethio consentiunt: cf. 33 b 39, 42 a 26, 46 b 20, 54 a 12, 60 b 31 sq., 61 a 39, 63 b 38, 64 a 17, 66 a 16. Re vera autem codicem *B* ita praestare codici *A*, ut lectio quam ille praebet alteri praefenda sit, nisi vel sensus ratio vel reliquorum codicum vel interpretum auctoritas postulet al-

teram, apparebit eorum locorum ratione habita quos iam adscripturi sumus. Quos quidem locos e libris *Categoriarum* et *περὶ ἐκμυρίας* solis repetimus, ne exemplorum numerus frustra augeatur: sin autem erit cui haec exempla non satisfaciant, eum ut convincamus, reliqua lectionis varietate quam codices *AB* praebent omni enotata perpendere eum iubemus uter utri praestet. Cf. igitur 1 b 8, ubi *B* omisit quae a recentiore quodam interprete intrusa in aliis codicibus leguntur. Eodem fere modo res se habet 6 a 8, 9 a 17, ib. b 21 et 29, 13 a 35, 14 a 17 et 36, 16 a 26, 18 a 19 et 38, 19 a 39, 20 a 35, in primis autem 21 a 2, ib. b 33 — 37; 17 b 21 vero et 20 a 24 Boethii auctoritas lectionem codicis *B* confirmat. Deinde 1 a 4, 2 a 1, 2 b 17, 3 a 34, 3 b 6, 7 a 20 quae recepimus e codice *B* cum iis conveniunt quae editiones priores habent. 1 a 9 et b 18 Bekkerus ipse codicem *B* meliorem iudicavit; idem fecit 18 a 32, 36, b 1, 16, aliis locis quibus lectionem codicis *B* praestare res ipsa docet. Quod Boethius habuit exhibet *B* 7 b 39, 8 a 1 seq., ib. 2, 5, 7, 9, 10 a 26, ib. b 23, 15 b 12, 18 b 24, cum Simplicio et Boethio concinit 7 b 23, cum Alexandro et Ammonio 17 b 25. 6 a 22 lectionem codicis *B* et sensus postulat et veterum interpretum auctoritas. Item non probari non poterit quod prius habuit *B* 15 b 1, 17 a 13, 18 a 34. Quibus quidem locis diligenter perpensis inspectisque iis quae in commentario disputavimus vix erit, opinor, qui reprehendum putet, quod codicem *B* codice *A* potiore iudicaverimus. — Codices *C* et *D* Bekkerus reliquis quibus usus est merito longe postposuit: qua in re, quamquam sunt loci quibus lectionem *C* solam probandam putavimus (v. c. 11 b 28, 12 a 28, 13 b 1), ita cum eo consentimus, ut etiam pluribus locis quam ille eam non admiserimus, dum ille interdum, ut vulgarem lectionem retineret, eam recipiendam putavit: cf. 4 a 23 et b 4, 6 a 38, 10 b 10, 16 a 32, 21 a 3 sq.,

18b11 et 22 — ultimis duobus locis certe restituenda erat lectio *AB*, quum eadem habeatur in versione Boethiana. Nonnunquam Bekkerus reiecit quod praebent codd. *ABC*, quod, ubi ferri posset, redaximus: v. 5b14, 6a31, 15b30. — Reliquos codices (de quorum usu et pretio discernere molimur, tum quia longum est, ut ab hoc loco alicui esse debeat, praesertim quum, ut intelligerentur quae disputaremus, commentarius quem conscripsimus diligenter prius perlegendus esset, tum etiam quia res ipsa copia commentatione quam requireret vix digna esset), non invenit qui librum *AB* praestaret, ita adhibuimus, ut, ubi optima inter se discrepant, librum, si ferri posset, dicerentur.

At eum qui dicat non tam codices ipsos inter se comparandos esse, ut quid cuique tribuendum sit demonstrat, sed adhibendos esse veterum interpretum commentarios, ut qui librum cum plerumque lectionum exhibent quae interpretationum auctoritate commendantur, is optimus indicandus sit. Quae quidem sententia cur probanda non sit non explicabimus. Verum quidem est sine dubio antiquissimum habendum esse lectionem quae veteris interpretis in libris suis reperitur dicitur — nisi forte in ipsa lectione quae exhibetur veteris interpretis aliquid mutatum esse et depravatum demonstrari possit, quod accidit e. g. 28f10f sq.: quum cum semper lectionem, si ferri posset, recipimus quum illos habemus corruptos: sed hoc ipsum semper difficillimum est ut demonstrandum, quum lectionem habuerint. Neque itaque scimus, quum quatuordecim anni non decem nullum librum nostrum esse ex verba *Boethiana* quae ipsam explanationem, per *Boethium* sententia ad interpretationem illustrant, praesertim si habeant rem cum *Boethio*. (Vol. I p. 227). Nihil enim ut hoc *Boethius* nostrum, praesertim ut per *Boethium* verum esse in *Boethio* quum in *Boethio* nostrum quatuordecim *Boethio*: interpretationem commentaria non semper ad *Boethium*

pretibus adscripta, sed nonnunquam a librariis imperitis interposita esse". Nihilominus tamen Buhlium multum tribuere lectionibus quas ex eo fonte hauserit quem modo aspernari eum vidimus tum multis locis apparet „Animadversionum criticarum” (cf. e. c. quae dicit ad Categ. V §. 2), tum inde quod pravas lectiones collegit fere omnes quae ex Philoponi commentariis enotari possent. Apparet autem Aristotelis verba explicationi ipsi praeposita non ab ipsis graecorum commentariorum auctoribus adiecta esse, sed ab iis qui commentarios descripserint: nonnunquam enim alieno loco inserta sunt. Sic in Alex. comm. in Anal. pr. (Iunt. 1521) fol. 24 b coll. fol. 31 a verba Aristotelis Alexandri disputationem interrumpunt, fol. 28 b non eo ordine leguntur quem habere debebant. Deinde ne sibi ipsi quidem constant interpretes in lectione quam in Aristotele invenerunt indicanda: nam quamquam Philoponum 48 b 7 τὸ μίαν reperisse apparet ex ipso commentario, tamen in Aristotelis verbis quae explicationem praecedunt habetur τῷ μίαν; Ammonius schol. 122 a 11 verbis Aristotelis quae leguntur 19 b 23 post ἀπόφασιν addit τῶν ἀπλῶν, quae omittit schol. 123 a 8; Alexander (comm. in Anal. pr. Iunt. 1521. fol. 21 b) in verbis quae leguntur 25 b 32 modo praebet ὅσπερ modo ὡς, modo omittit ὅλην 25 b 33 et prius ἢ ib. vs. 34 modo retinet; idem fol. 24 a (ad 26 a 18 sqq.) habet πρὸς τῷ μείζονι et πρὸς τῷ ἐλάττωι, sed fol. 25 a sub fin. habet (26 a 20) πρὸς τὸ ἔλαττον; ib. fol. 63 b ἀεὶ et ἢ in Aristotelis verbis (32 b 9) omittuntur, quamquam non desunt in ipso commentario; ib. fol. 97 a adscribuntur verba Aristotelis 38 b 32 καὶ καθόλου δὲ ἀναγκαῖα ἢ ἢ . . . , sed fol. 97 b habetur lectio quam dedit Bekkerus; Philoponus (comm. in Anal. pr. Ven. 1536. fol. 7 b) in verbis Aristotelis 24 a 25 explicationi praepositis habet τῆς ἀντιφάσεως, in commentario ipso articulum omittit; idem fol. 27 exhibet ὅταν

28 a 10, dum in commentario scribit *ἐάν*; Boethius in priore editione commentarii quem de libro *περὶ ἔμμηνης* composuit ad 17 b 17 in ipsa versione commentario praemissa haec habet: „opponi itaque dico affirmationem negationi quae universaliter significat ei quae non universaliter”, ut legisse eum putares *καθόλου* vel *ὅτι καθόλου* pro *τὸ καθόλου*, nisi in ipso commentario diceret „Hoc est enim quod ait quae universale significat eidem quoniam non universaliter”. Itidem res habet 21 a 20. Unde apparet quanta circumspectione opus sit, ne quid temere colligatur de lectione quam veteres interpretes habuerint. Accedit quod ipsi interpretes Aristotelis verba interdum non satis accurate reddunt: sic Alexander 50 b 33 omittit *μὲν* et *τῷ*, 51 a 1 omittit vocem *συλλογισμῶν*, 51 a 2 exhibet *ἀνάγεται*, schol. 182 a 42 vocem *ἐστίν* transpositam esse apparet, quod saepius accidit: neque hoc ita factum esse mirum est, si quidem interpretes non id agebant, ut singula verba, quae et quo ordine ab Aristotele scripta essent, servarentur, sed re ipsa intellecta et explanata contenti erant: quare Alexander quae legimus 17 a 22 in comm. in Anal. pr. fol. 5 b sic exhibet: *ἔστιν οὖν ἀπλῆ ἀπόφανσις φωνῆ σημαντικῆ περὶ τοῦ εἰ ὑπάρχει τι ἢ μὴ ὑπάρχει*. Denique Aristotelis verba quae in commentariis graecis explicationem praecedere solent, sive ab ipsis interpretibus inserebantur sive aliis supplenda relinquebantur, saepissime depravata sunt ab iis qui codices descripserunt, ut etiam propter mendorum frequentiam lectiones quas praebeant minus certae sint: v. c. 184 b 1 *καὶ τὸ* pro *καὶ τῷ* mendum est, ib. vs. 18 *μία δύναμις* habetur, quamquam Alexandrum legisse *πᾶσα δύναμις* apparet ib. vs. 20; ib. vs. 22 *τὸν λόγον* explicationis gratia Aristotelis verbis adiectum esse patet; 185 a 22 *δέχεται* omissum est in Aristotelis verbis, quamquam vs. 26 iisdem verbis adiectum est *ἐπιδέχεται*; ib. vs. 40 *ἐπεὶ* in contextum irrepsisse videtur e

vs. sq. Haec omnia igitur quum occurrant p. 184 b et 185 a, Aristotelis verba in commentariis graecis satis negligenter scripta esse luculenter ostendunt: quae si cui non satisficiant, eum ut commentarios ipse perlegat hortamur, nobis vero inde manifestum videtur lectionis varietatem, quam Aristotelis verba commentariis graecis inserta praebeant, tam incertam esse, ut nulla fere eius sit auctoritas: quare has in recensendo Aristotele plane negleximus.

Alia ratio est eorum locorum quibus quae fuerit lectio quam veteres interpretes habuerint certo scimus: nam praefenda semper erit lectio quam interpretes in codicibus suis reppererunt lectioni quae nostra aetate in libris mss. occurrit, nisi res ipsa aperte doceat potioem habendam esse alteram. Quare iis lectionibus quas veterum interpretum auctoritate confirmatas habemus id pretium statuimus, ut, quo vetustiores sint, eo certiores a nobis habeantur: ubi vero interpretes ipsi inter se discreparent, antiquissimam semper lectionem, si admitti posset, recipiendam putavimus. Et enim sunt loci quibus recentiores interpretes lectionis quandam varietatem in libris suis reppererunt quam antiquiores non habuerunt (v. c. 44 b 38 Alexander habuit ὅτι, quod et in nostris codicibus et in Philoponi libris videtur defuisse), quid? quod probabile est verba τὸ ἀτελές, quae in Aristotele suo reperit Philoponus (schol. 173 a 21), in contextum migravisse ex commentario Alexandri, qui nullam lectionis varietatem hoc loco videtur habuisse: dicit enim (ib. vs. 25) δυνατὸν εἶπε τὸν ἀτελεῖ ὑλλογισμὸν. Eadem fere ratio est 58 b 8, de quo loco v. quae diximus in commentario. Tamen Boethium et veterem interpretem latinum interdum secuti sumus etiam invito Alexandro, ubi levem emendationem sensus flagitaret, cf. e. g. 46 a 37 et 36 a 23.

Iam vero apparet ex iis quae diximus haud raro aliam alium interpretem habuisse lectionem — namque Ammo-

(16 b 22) diversam lectionem in Porphyrio deprehendere sibi visus est, ubi illum nihil aliud habuisse veri simile est. Interdum etiam interpretes non secuti sumus (v. c. Herminum et Simplicium 16 a 6 sq.), ubi non de ipsius lectionis, sed de explicationis diversitate disceptare putandi sunt: nam quum antiquitus scriberetur *TATTA*, utrum legendum sit *ταῦτα* an *ταῦτά* non tam ex codicum vel interpretum auctoritate pendebit quam ex eo quod et sensus et totius loci ratio requirat. Denique quibusdam locis (v. e. g. 17 a 13, 27 a 10, 30 b 14, 45 a 12, 58 b 7) coniectura utendum erat, quum quod verum nobis videretur neque codices neque interpretes graeci praebarent: quod cur faciendum erat in commentario exposuimus.

Veteri interpreti latino, quem et Buhlius hic illic contulit et nos ex codice Gothano in Analyticis adhibuimus, idem pretium statuendum est atque versioni Boethianae et optimis codicibus graecis: dolendum est autem, quod, quamquam in utraque versione verbum de verbo redditur, tamen multae lectiones sunt, quarum diversitas sermone latino indicari nequit. Namque quodcunque in articulis secus habet vel quodcunque diversum est in singulis verbis scribendis, dum significatio eadem maneat, versione non proditur.

Haec fere sunt quae de universa ratione, quam in Aristotele recensendo inierimus, dicenda habuimus. Iam ut satisfaciamus etiam iis qui librum nostrum leviter inspectum iudicare quam integrum perlegere malint, caventes ne sententiam dicant iniquam quosdam locos Analyticorum priorum indicemus, qui vel graviolem mutationem experti sunt vel quos nove interpretati sumus: conferri iubemus igitur quae diximus ad 26 a 32, 41 b 15, 42 b 5, 44 a 31 et 38, 45 a 12, 55 b 3, 57 a 1, 58 b 8, 66 a 37. Ubicunque lectionem a Bekkero receptam reiecit causas, quibus adducti aliam

praetulerimus, in commentario explicuimus, ita tamen, ut silentio praetermiserimus eos locos, quibus cur alia lectio recipienda fuisset facile intelligeretur ab iis qui perspecta haberent quae modo diximus de universa ratione quam in nova Aristotelis recognitione ineundam putavimus. Quare ne quis conqueratur, quod incauta quadam novandi cupiditate ducti ratione non reddita interdum aliquid mutaverimus, liceat exempli gratia hic adscribere quae in libris Categoriarum et *περὶ ἐξηγησίας* emendanda censuimus, quamquam cur hoc fecerimus in commentario non indicavimus. Sunt autem haec:

- 1 b 4 *τινός* om.
 3 b 28 *τῆς οὐσίας τοῦτο, ἀλλὰ γὰρ καὶ . . .*
 4 a 1 *καὶ ἥττον* om.
 5 b 14 *ἄρα* om.
 6 a 19 *καὶ]* καὶ τὸ.
 8 b 39 *γινόμενος*.
 9 a 20 *λέγονται* ante *οὐ* vs. 19.
 10 a 7 *οὐδὲ]* οὐ.
 11 b 29 *πρὸς]* πρὸς τὸ.
 14 a 26 *ἔτερον* ἐτέρου.
 15 a 5 *πρότερά* ἔστιν οὐ.
 16 b 23 *ἄν*.
 17 a 31 alt *τις* om.
 b 39 *ἔστι* om.
 18 a 8 *μία κατάφασις μὴ ἀποφάσει*.
 b 31 *γίνεσθαι*.
 38 *οὐ γὰρ*.
 39 *ἀποφαθῆναι ἢ καταφαθῆναι*.
 19 a 2 *τῶ* om.
 34 *τὰ ἐναντία*.
 20 a 12 *εἶναι* om.
 b 19 *οὔτε* ἄν.
 25 *ἄν*.
 21 b 36 *δόξαιεν*.
 22 a 35 *ἀκολουθεῖ* om.
 37 alt *εἶναι* om.
 b 3 *τὸ ἀναγκαῖον*.
 23 a 20 *τὰ ἄλλα*.
 22 *ἢ* om.
 b 13 *εἰσιν* om.
 24 b 6 *καὶ* ὅτι.

In verbis scribendis et interpungendis Bekkerum utique secuti sumus, nisi res ipsa, ut aliquid mutaretur, flagitaret: v. c. 20 b 39, 49 b 26 et 28 (quibus locis non mirari non possum, quod Bekkerus falsam Iulii Pacii interpunctionem servavit). Inde factum est, ut ferendam putaverimus cum illo codicum inconstantiam in scribendis verbis *γίνεσθαι* — *γίγνεσθαι*, *πλείον* — *πλέον*, *αἰέ* — *αιέ*, *τοιούτο* — *τοιούτον*, *ἀνδρεία* — *ἀνδρία*, id genus alia. In his igitur codices secuti sumus, ne sine idonea causa eorum auctoritatem negligere videremur. Idem Bekkerus tulit 931 a 39, b 7 et 14 in *θάλαττα* et *θάλασσα*, 963 b 19 *ἄρσενα*, quum aliis locis scripserit *ἄρξένα*, 907 a 27 et 926 a 29 *ὄσμῆ*, alias *ὄσμή*, 870 b 27 et 29 *ἦσον*, plerumque *ἦττον*. In apostropho ponendo (de quo v. quae diximus ad 5 b 19) et in *ν ἐφελκυστικῶ* vel adiciendo vel omitendo item Bekkerum secuti sumus, quum certam regulam codicum auctoritate comprobata hac de re constituere frustra laboravissemus. Denique retinuimus cum Bekkero formam *ἡμίσεος*, licet invito codice *B* (v. 6 b 30, 7 b 17, 20 al.), qui scribere solet *ἡμίσεως*, et formas *Σωκράτην*, *Ἀριστομένην* et quae his sunt similia (v. e. g. 47 b 29), quamquam *B* ubique servat formas *Σωκράτη*, *Ἀριστομένη*.

Sequitur ut paucis complectamur quae de commentario quem scripsimus praemonenda sunt. Ac primum quidem verbosa interpretatione Aristotelem explanare nolimus, ne Iulii Pacii verbositatem imitantes iis qui artis logicae periti essent taedium faceremus; sin autem sunt qui nimiam brevitatem nobis exprobrent, eos ad Iulium Pacium reverti iubemus: nos certe repetere nolimus quod vel nihil novi haberet vel ita planum esset, ut non tam explicari quam enarrari deberet. Quare longiorem expositionem non dedimus nisi ubi lectio vel incerta vel

perplexa videretur. Aliis auctoribus, quum res logicae ita comparatae sint, ut non doctrina aliunde petita explicari, sed in sola cogitatione positae per se ipsas intelligi velint, ad illustrandum Aristotelem non nisi parce usi sumus, ne eruditionis quandam speciem affectare videremur in rebus philosophicis explicandis, quas qui perspicere velit non auctores quaerere, sed intimam ipsius rei naturam cogitatione penetrare debet: quod quidem negotium, quamquam omni difficultate liberari nunquam poterit, tamen ut facilius reddatur, commentario nostro efficere studuimus. Hoc igitur fine proposito eandem viam in Aristotele illustrando ingressi quam Trendelenburgius institit, priusquam ad explicationem ipsam accederemus, quo melius universus sermonis contextus intelligeretur, quod quoque capite ageretur exposuimus, ut facile sit singulos libros uno aspectu complecti perlectis iis quae singulis capitibus versuum numero indicato praemisimus. Qua quidem in re ita versati sumus, ut perlegentibus ea quae de singulis verbis disputavimus in memoria haerere vellemus quae de universo capite dicta essent: nam singula quaeque optime perspicientur ab eo qui universam loci rationem intellexerit. Commentarius autem ad singula tantum pertinet, ut aut quomodo inter se cohaereant aut quid sibi velint exponat. Ut in lectione constituenda id potissimum spectavimus, ne quid temere mutatum admitteretur, ita in commentario scribendo id in primis cavimus, ne quid adiceretur quod abesse vel posset vel etiam deberet: quare, ut in Aristotele legendo non eos adiuvaremus qui ita eum explicari vellent, ut ipsi omni labore supersederent, sed eos qui haud parvam laboris partem non deprecarentur, ea brevitate usi sumus, quae non totam viam persequeretur, sed alios a recta via aberrare non pateretur. Nam ut Aristo-

telis studium eum fractum ferat quem habere possit, qui commentarium componit Aristoteli suo eo melius prospiciet, quo magis aliorum animos ad eum convertat et ad eius studium excitet: quod qui efficere velit non omnia quae de re quam explicet dici possint proferre, sed ut veri reperiendi cupiditatem instiget et exstimulet, alia innuere, alia attingere, pauca tantum pertractare debbit. Etenim in libris legendis hoc utique primum est, ut veri videndi cupiditate accensi non discamus quae ab aliis explorata nobis tradantur, sed nostris oculis videamus quae ab aliis investigata sint: quare aut aliis ducentibus de integro nobis inveniendum erit quod illi iam exploratum habuerint aut tentandum, ut ipsi inveniamus quod alii nondam viderint. Accedit quod longa expositio etiam propterea Aristoteli non convenit, quod quomodo inter se cohaereant quae dicantur eo difficilius fit ad intelligendum, quo copiosius agatur de singulis, praesertim in scriptore et ingenii celeritate et sententiarum frequentia insigni. Quae quum ita sint, excusatione non videtur indigere, quod aliquando Aristotelem ita illustraverimus, ut aliis locis ex Aristotele desumptis, quos ita disponere et inter se coniungere studuimus, ut appareret quomodo quod propositum esset explicari deberet, contenti fuimus. Idem fere fecimus ubi loquendi usum qui apud Aristotelem obtineret — huius enim, ut singula bene intelligerentur, prae ceteris ratio habenda esse videbatur — exposuimus. Namque singulos locos, quos ex Aristotele excrispsimus, ita composuimus, ut inde pateret et quae princeps esset vocabuli de quo ageretur significatio et quomodo reliquae ab illa fluxissent. Quare non solum loci ipsi diligenter legendi, sed etiam ordinis quo collocati sint ratio habenda erit, ut intelligatur quo vinculo connectantur: quod ubi facilius esset ad cognoscendum

non indicavimus, ne legentium perspicacitati parum tribuisse videremur. Fatendum est non sine incommodo singulos locos nudos ita interdum iuxta poni, ut difficiliore sint ad intelligendum: nam quum aliunde desumpti sint, quem sensum habeant interdum non apparet, nisi prius expositum sit quomodo cohaereant et cum iis quae antecesserint et cum iis quae sequantur. Quod quidem incommodum si cui gravius videatur, libri ipsi, unde singuli loci petiti sunt, ne quid perperam intelligatur, inspiciendi erunt: ubicunque autem paucis verbis adiectis rem expedire licebat, ipsi perversae interpretationi occurrere non negleximus. In locis autem ex Aristotele adscribendis, quibus vel eius doctrinam vel loquendi usum illustraremus, non nisi iis libris uti sumus quos ad illum auctorem referendos esse certum esset, ne quid Aristoteli tribueretur quod ab eo profectum non esset. — Denique scholiis a Brandisio collectis in commentario ita uti sumus, ut non refutatis iis quae ab interpretibus graecis non recte explanata esse primo aspectu pateret, alia explicatione eaque meliore proposita contenti essemus. Ubi illi rem claram et planam interpretatione sua obscuriorem fecerint (quod haud raro accidit, v. e. g. 41 a 4 sq.), vel ubi Aristotelem ad arbitrium corrigant (quod v. c. fecit Philoponus ad 35 b 1), vel ubi non tam Aristotelis verba explicant quam quae ipsi de eadem re sentiant pluribus verbis exponant et quae fluant ex iis quae Aristoteles dixerit verbose persequantur, eorum quae disputaverint in commentario nostro rationem plerumque non habuimus. Quae quidem quamquam ad Aristotelem intelligendum aliquando haud multum faciunt, tamen tantum abest, ut Brandisium qui ea exscribenda curaverit reprehendamus, ut gratias ei agamus quam maximas. Namque scholiis collectis non solum Aristoteli melius intelligendo et emen-

dando optime prospexit, sed etiam quid cuique veterum interpretum tribuendum sit, quam singuli viam et rationem in Aristotele explicando secuti sint, quid profecerint ipsi et quomodo usi sint iis quae ab aliis acceperint, patefacere voluit, ne verbosa eorum scripta integra relegere coactus esset qui quid cuique maxime proprium et quomodo quisque in Aristotele interpretando versatus esset, intelligere vellet.

Reliquum est, ut gratias agam Augusto et Constantino Straubeliis, viris doctissimis, quos opera et consilio me iuvisse libenti animo profiteor. Qui si officio, quod mihi praestiterunt, de Aristotele ipso bene meruisse sibi persuadeant, et ipsi operae pretium ferent et mihi facient pergratum.

Scrib. Marburgi d. XX. m. Iulii
a. MDCCCXLIV.

D E

CODICIBUS GRAECIS ORGANI.

Marc. 201 anno Chr. 955 exaratus membr. 4. totum organum complectens praemissa Porphyrii isagoge, a Bekkero collatus, qui littera B eum notavit. In fine categoriarum hoc epigramma legitur:

*Παγκρατὲς ὦ δεκάδος μέγα δίκτυον, ὦ τόσον ἔγκος,
ᾧ φύσιος*) πινυτὴ μῆτις Ἀριστοτέλους.
Ἐλ τις ἰδεῖν σπεύσειεν ἀπειρίτων ἰσμὸν ἰόντων,
Εἰς ἐμὲ πακταῖνοι τὴν μάλα βαιοτάτην.
ᾠκεανὸς γενόμεν φυσίχους**). εἰ δ' ἀπιθήσεις,
Ἐλπὲ τίς ἡμετέρης οὐκ ἀλέγει δεκάδος;
Σείο κατηγοριῶν σημάτορα μῦθον ἰάλλω,
ᾧ πινυτῶν ἐπίων εὖχος Ἀριστότελες.*

In fine totius libri autem haec:

*Χαίρει σοι πολλὴ Ἰησοῦ, ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ εὐχαριστία ἀνθ' ὧν
τῆς ἀσθενείας ἡμῶν ἐπελάβου καὶ τέλος ἐπιθεῖναι τῇ δόλῳ ἐχαρίσω.
Ἐργάφῃ χειρὶ Ἐφραίμ μηνὶ νοεμβρίῳ ἰνδ. ιγ' ἔτους ς'νξγ'. Isagoge,
Cat. et Anal. pr. scholia habent ab initio minus frequentia eadem
manu scripta qua contextus, reliquorum librorum scholia sunt recentiora
eaque rariora. Antiquiora semper in margine sunt, recentiora
et in margine et inter versus occurrunt. Tituli librorum et primae
semper litterae minio scripti sunt.*

Marc. 202 bomb., fol. 123—154 chart., quae Pselli paraphrasin in librum de intr. continent ed. Ven. 1503. Constantinum Psellum auctorem eius esse dicit Bandini catal. mss. Laur. I p. 493, cui codd. contradicunt e. g. Marc. 599. Incipit liber a commentario anonymo in Isagog. Porphyrii, de quo haec nota adscripta est:
*Ἐξήγησις αὐτῆ τῶν πέντε φωνῶν καὶ μετ' αὐτὰς τῶν κατηγοριῶν
οὔτε τοῦ Ἀμμωνίου οὔτε τοῦ Φιλοπόνου ἢ τινὸς ἐστὶ τῶν μεγάλων*

*) Cod. φύσιος. — **) Cod. φυσίχους.

ἐπιπέπον, νεώτερον γε μέντοι τινὸς κατὰ πάντα τοῖς προσημειούσι ἐπομένον. Ab initio mutilus est. Sequitur comm. in Cat. fol. 41 — 76 Olympiodori nomine recenti manu inscriptus. Praecmium inc.: *καθάρτες ἀρχόμενοι τῶν εἰσαγωγικῶν ἐλέγμεν τὰ πρὸς πᾶσαν φιλοσοφίαν συντίθοντα*, unde sequitur eundem auctorem etiam de Isagogo librum composuisse, quamquam non solum nescimus num ea quae praecesserunt ei tribuenda sint, sed etiam incertum est num ab Olympiodoro alter comm. scriptus sit. I. Morelli bibl. ma. Bassani 1802 p. 122 ad Philoponum auctorem referendum esse e cod. Matritensi probavit. Idem commentarius sub Ammonii nomine editus est, quia Philoponus haec scholia conscripsit *ἐκ τῶν συνοσιῶν Ἀμμωνίου*. Idem accidisse videmus iis scholiis quae habemus de Anal. pr. Philoponi nomine inscriptis. Quod quam verum sit iam ipsum explicationis initium comprobat: *αἱ ψυχὰι αἱ ἡμετέραι γυναι μὲν οὐσαὶ τῶν σαρμάτων ἠδύναντο δι' αὐτῶν τῶν νοημάτων σημαίνει ἄλλήλαις*. Aliis verbis idem expressum est in schol. Ammonii cod. Laur. 71, 10. Riccard. 4. 55. Bessario auctorem putavit recentiorem Philopono et Ammonio. Mihi quidem optima quaeque videntur ab Ammonio profecta esse. Philoponus autem eorum quae ab illo accepit novam recensionem fecit (unde etiam in scholiis quae de Anal. pr. habemus verisimile est Philoponum disposuisse magis et recensuisse quae ab Ammonio ei tradita fuerint, quam nova ipsum adiecisse), qua quidem recensione Olympiodorus quidam ita usus est, ut paene nihil nisi verba mutaverit: nova enim satis rara sunt in hoc libro, bona etiam rariora. Eundem commentarium habent etiam codd. Paris. 2051. 1967. 1928. 1973, de quibus v. quae dixit Brandis Abhh. der Berl. Akad. 1833. Hist.-phil. Kl. p. 284. Fol. 83 legitur initium commentarii in lib. de intp. sine auctoris nomine: *μέλλοντας εὖν θεῶ τὸ παρὸν μάθημα τὸ περὶ ἐρμηνείας παρὰ τοῦ δαιμονίου Ἀριστοτέλους ἀκριβῶς ἐκτεθεὶν σαφηνίσασθαι*. Inde a fol. 92 habentur Quinque Voces Porph., quae meliore caractere alia manu exaratae sunt. Deinde Cat., de intp., Anal. pr. et post., quorum multae sunt variae lectiones, sed parum utiles. Scholia addita sunt et in marg. et inter vs. in Anal. τοῦ ὑπάρχοντος τῶν φιλοσόφων, Ioannis Pediasimi; cf. Morelli l. 1. Pars libri novissima ita madefacta est, ut legi paene nequeat. Fol. 307 seqq. chartt. legitur Theod. Prodromi et Leonis Magenteni comm. in Anal. post. lib. 11; cf. quae diximus de cod. Paris. Reg. 1917.

Marc. 203 et 204 bomb. 8. saec. XIV nullius fere pretii. Codicis 204 quindecim foliorum plus quam dimidiae partes avulsae sunt et ab initio libri et in fine. Isag. Porph., ut solet, in utroque organum praecedit.

Marc. 214. Scripta Aristotelis logica non habet: fallitur enim Zanetti catal. bibl. ms. D. Marci Ven. 1740. p. 115.

Marc. 211 bomb. 8. Pars prior saec. XV, posterior inde a fol. 151, quo Theophrasti metaphysica incipiunt, saec. XII exaratus

est. Fol. 136 cat., fol. 143 lib. de intp. Pauca quaedam scholia habent. De reliquis quae insunt cf. catal. Metaphys. huius cod. contulit Bekker.

Marc. 599 bomb. 4. min. saec. XV. Post Hermogenis rhetoricam ab initio mutilam habentur Isagoge et Categ. cum commentario, cuius initium videtur deesse. Auctorem eius esse Ammonium nonnullis locis collatis compertum habeo. Sequuntur Davidis commentarii, quibus usus est Brandis, et Mich. Pselli explicatio libri de intp. Per librarii errorem folia ita disposita sunt, ut legi omnino nequeant, nisi quis susceperit longum ordinandi laborem, qui eo difficilior erit, quod commentarius singulis contextus partibus subiectus est.

Marc. 604 chart. 4. Librum quintum Topicorum et sexti initium habet. De reliquis quae in hoc cod. insunt cf. catal.

Marc. App. IV, 5 membr. 4. caractere satis magno scriptus, haud angusto inter singulos versus spatio relicto. In Top. et versus et litterae magis contrahuntur. Scholia non insunt, sed syllogismorum figurae in margine adscriptae. Post Porphyrii Isagogen inc. organum fol. 16. In fine legitur: *τετέλεσται σὺν Θεῷ ἡ λογικὴ πραγματεία τοῦ Ἀριστοτέλους μηνὶ δεκεμβρίῳ τριτησ ἔτει 560' εἰκοστῷ ὀγδόῳ*. Recenti manu adiectum est „anno mundi 6828, Christi anno 1320.” Organum integrum inest. Scholia in marg. libri tertii Topicorum rariora sunt et contextu recentiora. Quae emendata sunt ea in ipso contextu ita correctae sunt, ut quae prior sit lectio, quae posterior, nunc discerni nequeat.

11b16 Simplicius (schol. 81a36 sq., b16) habet ἀντιτίθεσθαι pro ἀντικείμεναι, quod omnibus codd. invitis mutare non ausi sumus. De oppositis v. 1018a20 ἀντικείμενα λέγεται ἀντιφασίς καὶ τάναντία καὶ τὰ πρὸς τι καὶ στέρησις καὶ ἕξις καὶ ἐξ ὧν καὶ εἰς ἃ ἔσχατα οἶον αἱ γενέσεις καὶ φθοραί· καὶ ὅσα μὴ ἐνδέχεται ἅμα παρῆναι τῷ ἀμφοῖν δεκτικῷ, ταῦτα ἀντικείμενα λέγεται ἢ αὐτὰ ἢ ἐξ ὧν ἐστίν. Quae ultimo loco nominavit non duo sunt oppositorum genera a quattuor generibus, quae antea commemoravit, diversa, sed signa sunt vel notae, ex quibus cognosci possint quae sint opposita. Cic. Top. c. 11 §. 47 „Contrariorum autem genera sunt plura. Unum eorum quae in eodem genere plurimum differunt... appellantur diversa (adversa? sic certe eadem vocat in seqq.). Sunt enim alia contraria quae privantia licet appellemus latine... alia quoque sunt contrariorum genera, velut ea quae cum aliquo conferuntur: ut duplum simplum, multa pauca... Sunt etiam illa valde contraria quae appellantur negantia”. Ad eandem contrariorum divisionem Aristoteles respicit 1055a38 et 1054a24. Alio sensu dicuntur ἀντικείμενα quae sensibus subiecta sunt, τὰ ὑποκείμενα τῇ ἀλσθήσει: 415a20 ad quem locum v. Trdlbg. de an. p. 351 sq. — Ubi ἀντικείμενα commemorat certam eorum speciem in mente habere solet: sic 402b15 τὰ πρὸς τι, v. Trdlbg. de an. p. 202. 411a5 ἕκαστον γὰρ θάτερον μέρος τῆς ἐναντιώσεως ἑαυτὸ τε κρῖνει καὶ τὸ ἀντικείμενον, intell. τὸ ἐναντίον: quare etiam 362a15 τὴν ἀντικείμενην ὥραν idem significat quod dicit 364a33 τὰς ὥρας τὰς ἐναντίας. De coel. 284b22 τὸ πρόσθεν καὶ τὸ ἀντικείμενον (τὸ ἐναντίον intell.). Deinde etiam τὰ κατ’ ἀντιφασίαν ἀντικείμενα nude vocantur ἀντικείμενα: 240a28 ἔσται μὲν γὰρ ἐξ ἀνάγκης ἐν θατέρω τῶν ἀντικείμενων: quare τὸ ἀντικείμεναι opponitur τῷ ἐναντίον εἶναι: 36b39 καὶ αἱ ἐναντία (προτάσεις) καὶ αἱ ἀντικείμεναι. 59a9 λέγω δ’ ἀντικείμεναι μὲν τὸ παντὶ τῷ οὐ παντὶ καὶ τὸ τιτὶ τῷ οὐδενί, ἐναντίας δὲ τὸ παντὶ τῷ οὐδενί καὶ τὸ τιτὶ τῷ οὐ τιτὶ ὑπάρχων

Aliis locis distinguit ut 227 a 8 τὰ δ' ἀντικείμενα τὰ τε ἐναντία καὶ τὰ κατὰ ἀντίφασιν: quare 63 b 24 iis propositionibus quas ἀντικείμενας vocat continentur etiam αἱ ἐναντίαι, quas vs. 28 illis opponit: nam vs. 30 ἀντικείμενας intelligit τὰς κατ' ἀντίφασιν.

11 b 34 τὰ ἐναντία. 226 b 32 ἐναντίον δὲ κατὰ τόπον (ab hoc enim etiam reliqua ἐναντία dicta esse tradidit 6 a 16) τὸ κατ' εὐθείαν ἀπέχον πλείστον. 363 a 30 ὑποκεισθῶ δὲ πρῶτον ἐναντία κατὰ τόπον εἶναι τὰ πλείστον ἀπέχοντα κατὰ τόπον, ὥσπερ κατ' εἶδος ἐναντία τὰ πλείστον ἀπέχοντα κατ' εἶδος. πλείστον δ' ἀπέχει κατὰ τόπον τὰ κείμενα πρὸς ἄλληλα κατὰ διάμετρον. Hoc sensu igitur etiam comparativo uti potest: 855 a 24 καὶ ὄσῳ ἂν ἀμβλυτέρα ἢ γωνία ἦ, ἐναντιώτεροι αἱ φθοαὶ γίνονται: εὐθυτέρα γὰρ ἢ γραμμὴ γίνεται: nam τὰ πλείστον ἀπέχοντα latius patent quam τὰ ἐναντία: quare dicit 1055 a 9 τὸ δὲ τῶν ἐσχάτων διάστημα μέγιστον, ὥστε καὶ τὸ τῶν ἐναντίων. 1018 a 25 ἐναντία λέγεται τὰ τε μὴ δυνατὰ ἅμα τῷ αὐτῷ παρῆναι τῶν διαφερόντων κατὰ τὸ γένος, καὶ τὰ πλείστον διαφέροντα τῶν ἐν τῷ αὐτῷ γένει (quibus adii- cit 1055 a 25 τῶν τε γὰρ γένει διαφερόντων οὐκ ἔστιν ἕξω- τέρω λαβεῖν καὶ τῶν εἶδει), καὶ τὰ πλείστον διαφέροντα τῶν ἐν ταύτῳ δεκτικῷ (causam addit 1055 a 30 ἢ γὰρ ὕλη ἢ αὐτὴ τοῖς ἐναντίοις), καὶ τὰ πλείστον διαφέροντα τῶν ὑπὸ τὴν αὐτὴν δύναμιν (1055 a 32 καὶ γὰρ ἢ ἐπιστήμη περὶ ἐν γένος ἢ μία, ἐν οἷς ἢ τελεία διαφορὰ μεγίστη) καὶ ὧν ἢ διαφορὰ μεγίστη ἢ ἀπλῶς ἢ κατὰ γένος ἢ κατ' εἶδος. 1011 b 16 ἐπεὶ δ' ἀδύνατον τὴν ἀντίφασιν ἀληθεύεσθαι ἅμα κατὰ τοῦ αὐτοῦ, φανερόν ὅτι οὐδὲ τὰναντία ἅμα ὑπάρχειν ἐνδέχεται τῷ αὐτῷ: nam affirmatio et negatio, quia altera alteram utique excludit, latius patent quam contraria. Aliis locis, sicut 66 b 10 ὥστ' εἰ τὸ κείμενον εἴη ἐναντίον τῷ συμπεράσματι, ἀνάγκη γίνεσθαι ἔλεγχον et 67 a 5, τὸ ἐναντίον nihil significat nisi id quod repugnat ei quod positum est, sive κατ' ἀντίφασιν opponitur, sive contrarium est. 894 a 22 ἐναντίως δ' οἱ ταῦροι καὶ οἱ κριοὶ τὰ κέρατα ἴσχουσι, διότι καὶ τὰ θήλεα ἐναντίως αὐτῶν ἔχει. — ἐναντίος συλλογισμὸς τῷ πράγματι (64 b 16 ubi τῷ πράγματι facile intelligitur e vs. 9) dicitur is, quo concluditur quod veritati repugnat, sive κατ' ἀντίφασιν est oppositum sive quod proprie dicitur ἐναντίον. — Propositiones autem quae ab interpretibus vocantur ὑπεναντία

(subcontrariae), quas Aristoteles significat 17 b 29 ὅσαι δὲ ἐπὶ τῶν καθόλου μὲν, μὴ καθόλου δέ, eas ἐναντίας appellat 59 b 10, 60 a 5, 61 b 17, quamquam easdem non proprie dici ἐναντίας docet 63 b 27: τὸ γὰρ τιμὴ τῷ οὐ τιμὴ κατὰ τὴν λέξιν ἀντίκειται μόνον: vocabula ὑπεναντίον, ὑπεναντίως et ὑπεναντίωμα autem non nisi de iis intelligit quae repugnantiam in se continent, v. Biese I. p. 100 not. 2. Aristot. 685 a 13, de coel. 299 a 4 al. — Ad ea quae disputaverit de contrariis ipse respicit 1004 a 2: τεθεωρήσθω δ' ἡμῖν ταῦτα ἐν τῇ ἐκλογῇ τῶν ἐναντίων. 1054 a 30 ὥσπερ καὶ ἐν τῇ διαιρέσει τῶν ἐναντίων διεγράψαμεν.

12 a 2. Quae in his vocat ἀνὰ μέσον, ea appellat 243 a 15 ἀναμεταξύ, plerumque μεταξύ, de quibus v. 1057 a 21 μεταξύ μὲν γὰρ ταῦτα λέγομεν εἰς ὅσα μεταβάλλειν ἀνάγκη πρότερον τὸ μεταβάλλον. Ib. 26 μεταβάλλειν δ' ἐξ ἄλλου γένους εἰς ἄλλο γένος οὐκ ἔστιν ἄλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός ... ἀνάγκη ἄρα τὰ μεταξύ καὶ αὐτοῖς καὶ ὧν μεταξύ εἰσιν ἐν τῷ αὐτῷ γένει εἶναι. Ib. b 29 ἐπεὶ δ' οὐκ ἔστιν ἕτερα πρότερα ὁμογενῆ τῶν ἐναντίων, ἅπαντ' ἂν ἐκ τῶν ἐναντίων εἴη τὰ μεταξύ: quare dicit 224 b 32 ἔστι γὰρ πῶς τὸ μεταξύ τὰ ἄκρα: quae quam vim habeant in doctrina Aristotelis physica videmus inter alia 661 a 10 ὀρίζουσι δ' ἑκατέρους (τούς τε προσθίλους καὶ τοὺς γομφίλους) οἱ κυνόδοντες, μέσοι τὴν φύσιν ἀμφοτέρων ὄντες: τό τε γὰρ μέσον ἀμφοτέρων μετέχει τῶν ἄκρων. 226 b 23 μεταξύ δὲ εἰς ὃ πέφυκε πρῶτον ἀφικνεῖσθαι τὸ μεταβάλλον ἢ εἰς ὃ ἔσχατον μεταβάλλει κατὰ φύσιν συνεχῶς μεταβάλλον (in quibus delevimus comma ante ἢ, quia πρῶτον h. l. idem est quod πρότερον: iungendum est enim πρῶτον ἢ. Item 69 a 22 ὀλίγα comparativi notionem habet: „si numerus terminorum mediorum, quibus secundus cum tertio coniungitur, minor est quam numerus eorum quibus primus cum secundo connectitur”). ἐν ἐλαχίστοις δ' ἔστι τὸ μεταξύ τρισίν· ἔσχατον μὲν γὰρ ἔστι τῆς μεταβολῆς τὸ ἐναντίον. 234 b 19 οὐ γὰρ ἀνάγκη τὸ μεταβάλλον ἐν ὀποτεροῦν εἶναι τῶν ἄκρων. 324 a 8 φανερόν ὅτι παθητικὰ καὶ ποιητικὰ ἀλλήλων ἔστι τὰ τ' ἐναντία καὶ τὰ μεταξύ· καὶ γὰρ ὄλως φθορὰ καὶ γένεσις ἐν τούτοις. 230 a 7 ὅσοις δὲ μὴ ἔστιν ἐναντία, τούτων μεταβολὴ μὲν ἔστιν ἀντικειμένη ἢ ἐξ αὐτοῦ τῇ εἰς αὐτό, κίνησις δ' οὐκ ἔστιν, ὅλον ἢ ἐξ ὄντος τῇ εἰς ὄν. καὶ μονῆ μὲν τούτων οὐκ ἔστιν, ἀμεταβλησία δέ. 440 b 18 τὸ μεταξύ τῆς αἰσθησεως vocat id

quod interpositum inter sensum et rem, quae sub sensum cadit, illum cum hac ita coniungit, ut sensus quodam modo afficiatur. Idem 447a9 appellat τὸ μεταξὺ τοῦ αἰσθητηρίου. 173b29 sqq. τὸ μεταξὺ (intell. τοῦ ἀόρετος καὶ θήλειος) genus neutrum significat.

12a22 τοιαῦτα omiserunt edd. priores cum Boethio, habent codices optimi: verisimile est autem e correctione nata esse ὅσα ἄλλα χρώματα coll. vs. 18: quare nobis quidem vera lectio videtur ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, quum probabile sit χρώματα his additum esse explicationis gratia, deinde deletum etiam esse τοιαῦτα, ut haec similia essent iis quae habuimus vs. 18. Sic 19b13 addit ἢ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα.

12a26 στέρησις δὲ... 102b22 στέρησις λέγεται ἓνα μὲν τρόπον ἂν μὴ ἔχη τι τῶν πεφυκότων ἔχεσθαι, κἂν μὴ αὐτὸ ἢ πεφυκὸς ἔχειν... ἓνα δὲ ἂν πεφυκὸς ἔχειν, ἢ αὐτὸ ἢ τὸ γένος, μὴ ἔχη... ἔτι ἂν πεφυκὸς καὶ ὅτε πέφυκεν ἔχειν μὴ ἔχη... ὁμοίως δὲ καὶ ἐν ᾧ ἂν ἢ καὶ καθ' ὃ καὶ πρὸς ὃ, καὶ ὡς ἂν μὴ ἔχη πεφυκὸς. ἔτι ἢ βιαία ἐκάστου ἀφαιρέσις στέρησις λέγεται. καὶ ὁσαυτῶς δὲ αἱ ἀπὸ τοῦ ἄ ἀποφάσεις λέγονται... ἔτι καὶ τῷ μικρὸν ἔχειν... τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ φαύλως πως ἔχειν. ἔτι τῷ μὴ ὀρθῶς ἢ τῷ μὴ καλῶς... ἔτι τῷ πάντῃ μὴ ἔχειν. Cf. 1046a32. In his igitur στέρησις latius patet quam nostro loco: quare non mirum est, quod nostro loco distinguit quattuor oppositorum genera, in *Metaphys.* autem rerum causis bene perpensis omnem rerum contrariarum oppositionem a privatione repetit: 1055a33 πρώτη δὲ ἐναντιώσις ἕξις καὶ στέρησις ἐστίν (189b23 ἅμα δὲ καὶ ἀδύνατον πλείους εἶναι ἐναντιώσεις τὰς πρώτας, ib. 26 αἰεὶ γὰρ ἐν ἐνὶ γένει μία ἐναντιώσις ἐστὶ, πᾶσαι τε αἱ ἐναντιώσεις ἀνάγεσθαι δοκοῦσιν εἰς μίαν)· οὐ πᾶσα δὲ στέρησις (πολλαχῶς γὰρ λέγεται ἢ στέρησις), ἀλλ' ἦτις ἂν τελεία ἢ. τὰ δ' ἄλλα ἐναντία κατὰ ταῦτα λεχθήσεται, τὰ μὲν τῷ ἔχειν, τὰ δὲ τῷ ποιεῖν ἢ ποιητικὰ εἶναι, τὰ δὲ τῷ λήψαι εἶναι καὶ ἀποβολαὶ τούτων ἢ ἄλλων ἐναντίων. εἰ δὲ ἀντίκειται μὲν ἀντίφασις καὶ στέρησις καὶ ἐναντιότης καὶ τὰ πρὸς τι, τούτων δὲ πρῶτον ἀντίφασις, ἀντιφάσεως δὲ μηθὲν ἐστὶ μεταξὺ, τῶν δὲ ἐναντίων ἐνδέχεται, ὅτι μὲν οὐ ταῦτον ἀντίφασις καὶ τὰναντία δηλον, ἢ δὲ στέρησις ἀντίφασις τίς ἐστίν... εἰ δὲ αἱ γενέσεις τῇ ὕλῃ ἐκ τῶν ἐναντίων, γίνονται δὲ ἢ ἐκ τοῦ εἶδους καὶ τῆς τοῦ εἶδους ἕξεως ἢ ἐκ στέρησεώς τινος τοῦ εἶδους καὶ τῆς μορ-

φῆς, δῆλον ὅτι ἡ μὲν ἐναντιώσις στέρησις ἂν τις εἴη πᾶσα, ἡ δὲ στέρησις ἴσως οὐ πᾶσα ἐναντιότης. 73 b 21 ἔστι γὰρ τὸ ἐναντιον ἢ στέρησις ἢ ἀντίφασις ἐν τῷ αὐτῷ γένει. Ritter (Gesch. der Phil. III. p. 148 not. 1) comparato eo loco quem modo adscripsimus (1055 a 33) cum iis quae dicit Met. V, 2 (?) στέρησις ἔστιν ἕξις πῶς et 193 b 19 ἡ δὲ γε μορφή καὶ ἡ φύσις διχῶς λέγεται· καὶ γὰρ ἡ στέρησις εἶδος πῶς ἔστιν dicit: „Est ist merkwürdig, wie Aristoteles zuweilen mit den Worten spielt“. Vix ludere in his Aristotelem dixerim. Quomodo tollatur difficultas monstrant quae sequuntur: addit enim εἰ δ' ἔστιν ἡ στέρησις καὶ ἐναντιον τι περὶ τὴν ἀπλῆν γένεσιν ἢ μὴ ἔστιν ὕστερον ἐπισκεπτέον: namque quum στέρησις quodammodo habeat ἕξεως speciem (nam στέρησις ἀπλῆ s. αὐτῆ καθ' αὐτὴν cogitari quidem potest — est enim absentia qualitatis cuiuscunque, τὸ ὅλως μὴ ὄν — verbis exprimi non potest, quia, si quid enuntiatur, aliud aut praedicatur de alio aut negatur: unde fit ut ipsa στέρησις in sermone ἕξεως quandam speciem non induere non possit), num revera sit ἕξις an non sit, prima philosophia diiudicare debet. Confirmantur haec iis quae habemus 1032 b 3 τῆς γὰρ στέρησεως οὐσία ἢ οὐσία ἢ ἀντικειμένη, οἶον ὕγεια νόσου· ἐκείνης γὰρ ἀπουσία δηλοῦται ἢ νόσος, 1058 b 27 στέρησις γὰρ ἀδυναμία διωρισμένη: quum enim στέρησις opponatur τῇ μορφῇ (191 a 14) ut ἡ ἀπουσία τῇ παρουσίᾳ (ib. vs. 7), patet eam dicendam esse ἀσημοσύνην vel ἀμορφίαν vel ἀταξίαν (190 b 15), quamquam ipsa quidem nihil est, ut appareat ἕξεως speciem eam habere, simulac de ea non cogitamus solum, sed etiam loquimur: quare duo sunt principia inter se contraria, quae formant et fingunt materiam (τὸ ὑποκείμενον), ἡ μορφή s. τὸ εἶδος et ἡ στέρησις (190 b). 1013 b 12 τὰντὸ ἐνίστε τῶν ἐναντιῶν ἔστιν (αἴτιον)· ὃ γὰρ παρὸν αἴτιον τοῦδι, τοῦτ' ἀπὸν αἰτιώμεθα ἐνίστε τοῦ ἐναντιου... ἀμφω δέ, καὶ ἡ παρουσία καὶ ἡ στέρησις, αἴτια ὡς κινουῦντα. De coel. 286 a 25 τῆς στέρησεως πρότερον ἢ κατάφασις. 374 b 13 τὸ μέλαν οἶον ἀπόφασις ἔστιν: ex quibus intelligitur quid dicat 430 b 20 ἡ δὲ στιγμή καὶ πᾶσα διαίρεσις καὶ τὸ οὕτως ἀδιαίρετον, δηλοῦται ὥσπερ ἡ στέρησις (negatione). καὶ ὁμοίως ὁ λόγος ἐπὶ τῶν ἄλλων, οἶον πῶς τὸ καπὸν γνωρίζει ἢ τὸ μέλαν· τῷ ἐναντίῳ γὰρ πῶς γνωρίζει. Trdlbg. ad h. l. „Quod privatione continetur, non per se, sed eo ipso, quo privatum est, cognoscitur.“

12b21 *ἔτι τὰ πρός τι* ... Aliud argumentum affert hoc. Etiam si quis concedat recte dici *τυφλότητα ὄψεως*, tamen, quia haec non ita convertuntur, ut etiam dicatur *ὄψις τυφλότητος*, ea non opponi ut *τὰ πρός τι* apparet: convertuntur enim *τὰ πρός τι*.

12b27 Ratiocinatur hoc modo. Quae contraria sunt aut se excludunt invicem aut medium aliquid habent. Contrariorum quae se invicem excludunt alterum adesse oportet iis quae alterum eorum suscipere possunt: eorum vero (vs. 32) quae medium aliquid admittunt in plerisque utrumvis (*ὡς ἔτυχεν*) inesse potest, quamquam (vs. 35) excipienda sunt nonnulla, quae ita comparata sunt, ut in quibusdam rebus — ut calor in igne — non utrumvis inesse possit, sed alterum in iis inesse debeat (*ἀφωρισμένως*). Iam videamus (13a3) num de habitu et privatione idem valeat quod modo de contrariis diximus. Habitu autem et privationem non sibi opponi ut contraria quae medium non habeant inde patet, quod non in omnibus, quae habitum et privationem admittunt, alterum eorum necessario inest: nam catuli, qui oculos nondum habent apertos, neque caeci dicuntur neque videntes, quare caecum esse et videre non sibi opponuntur ut contraria. Neque sibi opponuntur habitus et privatio (vs. 8) ut contraria quae medium aliquid habent: nam quae habitum vel privationem in se suscipiunt, in iis aut alterum inesse debet aut alterum, sed utrumvis, non alterum *ἀφωρισμένως*: quod aliter habet (vs. 13) in contrariis quae medium aliquid habent. Horum enim alterum utrum ut insit non necesse est, iis exceptis quorum natura ita comparata est, ut alterum *ἀφωρισμένως* (non utrumvis) in iis insit. Ex his igitur apparet habitum et privationem neque sibi opponi ut contraria quae se invicem excludant neque ut contraria quae medium aliquid admittant.

12b29 *αὐτῶν* supervacaneum est; refertur enim ad *ἐναντίων* quod praecessit. Similia habemus 11b11 *ὑπὲρ αὐτῶν*. 755b9 *οἴονται γὰρ διαφέρειν τῶν νομιζομένων ἀρρόνων τοὺς θήλειαι αὐτῶν ὡσπερ τῶν φυτῶν ἐν ὄσοις*... 655b19 *περὶ τούτων*.. ὕστερον ἅμα τοῖς ἀνομοιομερέσι θεωρητέον *τὴν αἰτίαν αὐτῶν*. 894b1 *τοῖς δὲ ἀνθρώποις γίνεται διάλευκα τὰ δέματα καὶ αἱ τρίχες αὐτῶν*. 1323b8 *πάνθ δὲ τὸ χρήσιμόν ἐστιν, ὧν τὴν ὑπερβολὴν ἢ βλάβειν ἀναγκαῖον ἢ μηθὲν ὀφελος εἶναι αὐτῶν τοῖς ἔχουσιν*. 693a1 *τὰ μὲν γὰρ εἰ εἴχῃ βραχύν (αὐχένα) ἐπὶ σκέλεσι μακροῖς, οὐκ ἂν ὑπηρετεῖ αὐ-*

ταῖς ὁ ἀόριστος πρὸς τὴν ἀπὸ τῆς γῆς νεφέη. ταῖς δ' αὖ μα-
κρὰς ἦν ἐπὶ θορυβίου. 105b29 ταῖς δὲ γῆρας ἐκ νεύου
γίνονται κρύσταλλοι. Ἐργαταὶ πρὸς ἀόριστον γῆρας ἐν ἀλλοίᾳ.
4b26 τῶν μὲν γὰρ τῶν ἀποθνήσκοντων μορίων οὐδὲς ἄλλα κα-
τὰ τὸ ὄρος, πρὸς τὸν ἀόριστον τὰ μέρη αὐτοῦ. 152a2 ὅτι
γὰρ οὐδὲς ταῦτα, καὶ αἱ γενέσεις αὐτῶν καὶ αἱ φθο-
ραὶ αἱ αὐτοῦ. 243a13 ὅτι μὲν οὖν αὐτὰ ἀπὸ αὐτῶν μετα-
ταῖ, φασκεῖται ἐν ταύταις, ὅτι αὐτὰ τὸ μετακίνητον καὶ τὸ
κίνητον αὐτῶν. 1315b32 ἐν ἑκάστῳ ἀποκρίνοντα καὶ ἀποκρί-
σασθενα ἐν ταύταις ἐκπεριμένοντα. 151b34 ἢ γὰρ ἀποκρίνοντα
ταῖς ταύταις τῶν αὐτῶν ἀποκρίνοντα ἕνα ἀπὸ τῶν ταύταις.
Simili constructione posuit ὅτι 43b4, quae sic quasi praecedunt
in mentem nobis revocaret ostendens simul membrum oratio-
nis demonstrativum hic incipere: dicit enim: φασκεῖται οὖν
αἱ ἐν τῷ λόγῳ μὴ λέγεται ταῦτο κίνησις. ὅτι αἱ γίνονται
ἀποκρίνοντα. Idem casus si pro ὅτι scripserint ἐν ταύταις.

13a-3 Scripserunt αὐτῶν, quod et optimi codices habent et ipsa
res postulat. Quam enim praecederit οὐδέποτε, supra debet
αὐτῶν — αὐτῶν. Alterum αὐτῶν ab Aristotele omnino esse lan-
guore interposito orationis membrum non est quod mireremur. Quod
in animo haberit apertum est: namque scripturas erat αὐτῶν
γὰρ αἱ τῷ θεῷ (τῆς ἀποκρίσεως καὶ ἔργου) ἀποκρίνοντα ἀπο-
κρίνοντα αὐτῶν ταύταις. αἱ αὖ τῶν ἀποκρίνοντων αὐτῶν αὐτῶν
πέρας αὐτῶν. αὐτῶν αἱ αὖ τῶν ἀποκρίνοντων αὐτῶν αὐτῶν αὐτῶν
ἀποκρίνοντα ἢ ἀποκρίνοντα ταύταις τῷ θεῷ ἢ ταῖς ἀπο-
κρίσεως ἀποκρίνοντα. vel alterum orationis membrum, quod cla-
ritas feret quod sibi vellet, pluribus verbis expansum videtur,
unde factum est, ut constructionem verborum non observarent.

13a5 Erit fortasse cui delendum videtur αὐτῶν, quod etiam in
versione Boethiana mittitur: sed hoc vix posse ducere intel-
liget qui rationem haberit exempli quod modo dedit de or-
tibus, quae aut ceteris aut videtur dici necesse est, quam ad
eum sensum pervenerint qui oculis apertis habere solent.

13a6 Denique aliquid argumentum offert, quo habitus et privatio-
nis alio modo vbi oppositae dicunt super contraria: non
habet alterum utrum in contrariis naturaliter potest (exceptis
his quae sunt ipsa rei natura contraria sunt — haec enim
non mutantur in contraria). privatio vero in habitum reverti
solet, quoniam ex habitum fit privatio.

- 13a19 Pro γίνεσθαι dedimus γενέσθαι quod reiecit Buhle, qui etiam vs. 21 et 32 omnibus edd. prioribus et mss. inuitis correxit γίνεσθαι. Vs. 13 recepimus δέ γε, quod etiam Bkk. dedit et vs. 31 et b27 in plerisque edd. prioribus legitur. Item vs. 20 omissio τὸ ante θερμοῦ pristinam lectionem restituiimus.
- 13a25 κἄν „etiamsi, quamvis” per ellipsin explicandum est: ἐὰν δὲ ἄπαξ λάβῃ ἐπίδοσιν, καὶ ἂν μικρὰν λάβῃ. Idem est vs. 24 ἐπιδολὴ ἂν, κἂν μικρὸν γέ τι ἐπιδολῇ, cf. quae dicemus ad 65a19.
- 13a37 Quum ostenderit non eodem modo inter se opponi contraria et τὰ πρὸς τι (11b34), deinde probaverit privationem et habitum neque sibi opponi ut τὰ πρὸς τι (12b16) neque ut contraria (12b26), restat ut demonstrat etiam oppositionem affirmationis et negationis diversam esse ab iis de quibus adhuc egit: quod si factum erit, patebit quattuor esse modos, quibus alterum alteri opponatur.
- 13b2 ἀναγκαῖον αἰεὶ τὸ μὲν . . . 1057a33 τῶν δ' ἀντικειμένων ἀντιφάσεως μὲν οὐκ ἔστι μεταξὺ· τοῦτο γὰρ ἔστιν ἀντίφασις, ἀντίφασις ἧς ὄρωσιν θάτερον μῶριον πάρεστιν οὐκ ἐχούσης οὐθὲν μεταξὺ, cf. 1011b22.
- 13b10 ὅλωσ δὲ τῶν . . . cf. 16a10 seqq.
- 13b13 τὸ τοιοῦτο intell. τὸ ἀληθὲς καὶ ψεῦδος. Etenim quum demonstraverit in reliquis oppositorum generibus non utique verum esse alterum nude prolatum, iam probat neque ad orationem connexa cum aliis ista ita comparata esse, ut alterum non possit non falsum esse, alterum non verum: hoc enim locum non habet nisi in affirmatione et negatione.

Cap. 11. Plerumque contrarium est malo bonum, interdum etiam malum malo. 14a7 Eorum quae contraria sunt alterum si existit, non necesse est ut existat etiam alterum, 10 imo interdum fieri nequit ut alterum existat cum altero. 15 Contraria inesse solent, iis quae vel specie vel genere eadem sunt. 19 Contraria aut in eodem genere sunt, aut in contrariis aut ipsa sunt genera.

- 14a3 Similia habemus 1108b11 τριῶν δὲ διαθέσεων οὐσῶν, δύο μὲν κακιῶν . . . μιᾶς δ' ἀρετῆς τῆς μεσότητος, πάσαι πάσαις ἀντίκεινται πῶς· αἱ μὲν γὰρ ἄκραι καὶ τῇ μέσῃ καὶ ἀλλήλαις ἐναντία εἰσίν, ἡ δὲ μέση ταῖς ἀκραῖς. 1106b36 ἔστιν ἄρα ἡ ἀρετὴ ἕξις προαιρετικὴ ἐν μεσότητι οὐσα τῇ πρὸς

ἡμᾶς, ὠρισμένη λόγῳ καὶ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος οὐρίσκειν. μεσό-
της δὲ δύο κακῶν, τῆς μὲν κατ' ὑπερβολὴν τῆς δὲ κατ' ἑλ-
λειψιν· καὶ ἔτι τῶν τὰς μὲν ἐλλείπειν τὰς δ' ὑπερβάλλειν τοῦ
δέοντος ἔν τε τοῖς πάθεσι καὶ ἐν ταῖς πράξεσι, τὴν δ' ἀρε-
τὴν τὸ μέσον καὶ εὐρίσκειν καὶ αἰρεῖσθαι.

14a17 πέφυκε γίνεσθαι ante λευκότης omisitimus ut quae ab in-
terprete profecta esse manifestum sit.

Cap. 12. Prius alterum altero dicitur tempore, tum id
ex quo non consequitur alterum, quiaquam ipsa est conse-
quens illius, 36 deinde quod ordine prius, demum quod ma-
lius est et praestantius. b9 Praeterea id quod causa est alte-
rius, quiaquam alterum utrum consequatur ex altero.

14a26 De priori v. 1018b9 πρότερα καὶ ὕστερα λέγεται ἕνα μὲν
ὡς ὄντος τινὸς πρώτου καὶ ἀρχῆς ἐν ἐκάστῳ γένει, τὸ ἐγγύτε-
ρον ἀρχῆς τινὸς ὠρισμένης, ἢ ἀπλῶς καὶ τῇ φύσει, ἢ πρὸς τι ἢ
πρὸ ἢ ὑπὸ τινων, οἷον τὰ μὲν κατὰ τόπον... τὰ δὲ κατὰ χρόνον
... τὰ δὲ κατὰ κίνησιν... τὰ δὲ κατὰ δύναμιν... τοιοῦτον δ'
ἔστιν οὐ κατὰ τὴν προαίρεσιν ἀνάγκη ἀκολουθεῖν θάτερον καὶ
τὸ ὕστερον. ὥστε μὴ κινουῦντός τε ἐκείνου μὴ κινεῖσθαι καὶ κ-
νουῦντος κινεῖσθαι... τὰ δὲ κατὰ τάξιν... ἄλλον δὲ τρόπον
τὸ τῇ γνώσει πρότερον ὡς καὶ ἀπλῶς πρότερον (de quibus v.
quae dicemus ad 71b21)... καὶ κατὰ τὸν λόγον δὲ τὸ συμ-
βηθῆνός τοῦ ὅλου πρότερον... ἔτι πρότερα λέγεται τὰ τῶν
πρωτέρων πάθη, οἷον εὐθύτης λειότητος... τὰ δὲ κατὰ φύ-
σιν καὶ οὐσίαν, ὅσα ἐνδέχεται ἄνευ ἄλλων, ἕκαστα δὲ ἄνευ
τούτων μὴ... ἔπει δὲ τὸ εἶναι καλλοχεῖς, πρῶτον μὲν τὸ ὑπο-
κειμενον πρότερον, διὸ ἢ οὐσία πρότερον, ἕπειτα ἄλλως τὰ
κατὰ δύναμιν καὶ κατ' ἐντελέχειαν. Haec nota dicant, opé-
nar, non premendam esse divisionem, quam nostro loco tre-
didit: apparet enim, quod iam supra observavimus, non id
agí in his, ut ipsa rerum natura exploraretur et perverstigaretur,
sed ut quae usus feret sermonis quotidiani distinguerentur alte-
rum ab altero et explicentur. Plerumque sibi opponuntur quae
habemus 742a20 τὸ δὲ πρότερον ἤδη καλλοχεῖς ἔστιν. τὸ τε
γὰρ οὐ ἕνα καὶ τὸ τούτου ἕνα διαφέρει, καὶ τὸ μὲν τῇ
γενέσει πρότερον αὐτῶν ἐστὶ, τὸ δὲ τῇ οὐσίᾳ, cf. 645b30 εἰ
πρὸς πρότερα καὶ τέλος ἑτέρων πράξεων τυγχάνουσιν αὐτῶν.
De esel. 296b22 τὸ τέλειον πρότερον τοῦ ἀπειλοῦς. Tres
modos, quibus dicuntur τὸ πρότερον, observavimus 207b15: λέ-


- γεται δὲ πρότερον οὐ τε μὴ ὄντος οὐκ ἔσται τᾶλλα, ἐκείνο δ' ἀνευ τῶν ἄλλων, καὶ τὸ τῷ χρόνῳ καὶ τὸ κατ' οὐσίαν. Idem est 265 a 22 πρότερον δὲ καὶ φύσει καὶ λόγῳ (h. e. οὐσία) καὶ χρόνῳ τὸ τέλειον μὲν τοῦ ἀτελοῦς, τοῦ φθαρτοῦ δὲ τὸ ἀφθαρτον: quare 227 a 20 numeri dicuntur πρότεροι τῷ λόγῳ quam ea quae continua sunt, quia τὸ ἐφεξῆς, quod numerus habet, latius patet quam τὸ ἀπτόμενον quod locum habet in continuo. Sensum τοῦ προτέρου quem quarto loco (14 b 4) posuit habemus 208 b 34 θαυμαστή τις ἂν εἴη ἡ τοῦ τόπου δύναμις καὶ προτέρα πάντων. 1453 b 3 ὅπερ ἐστὶ πρότερον καὶ ποιητοῦ ἀμείνονος. Praeterea cf. quae dicit 916 a 18 ubi quaerit πῶς τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον δεῖ λαβεῖν;
- 14 a 27 dedimus quod etiam 14 b 26 habemus κατὰ τὸν χρόνον cum edd. prioribus, vs. 36 τὸ omissum Aristotelis stilo magis convenire videbatur. Etenim pronomen indefinitum saepius ab eo omittitur (v. quae diximus ad 3 b 22), quod qui non viderent facile sibi persuaserunt adiiciendum esse articulum.
- 14 a 30 τὸ μὴ ἀντιστρέφον, quod consequens est alterius, quamvis ex ipso non consequatur alterum. De verbo ἀντιστρέφειν v. quae dicemus ad 25 a 6.
- 14 a 37 ἔν τε γὰρ ταῖς... in demonstrationibus propositiones conclusionem priores sunt: 84 b 22 αἱ γὰρ ἄμεσοι προτάσεις στοιχεῖα ἢ πᾶσαι ἢ αἱ καθόλου.
- 14 a 39 στοιχεῖα rectius videtur explicare Ammonius ad h. l. (schol. 89 a 9) quam in commentario ad librum περὶ ἐρμηνείας (schol. 98 a 6), ubi prioris explicationis videtur plane oblitus esse. Cf. 1014 a 35 παραπλησίως δὲ (τοῖς τῶν σωμάτων στοιχείοις) καὶ τὰ τῶν διαγραμμαμάτων στοιχεῖα λέγεται, καὶ ὅλως τὰ τῶν ἀποδείξεων. αἱ γὰρ πρῶται ἀποδείξεις καὶ ἐν πλειοσιν ἀποδείξεσιν ἐνυπάρχουσαι, αὗται στοιχεῖα τῶν ἀποδείξεων λέγονται· εἰσὶ δὲ τοιοῦτοι συλλογισμοὶ οἱ πρῶτοι ἐκ τῶν τριῶν δι' ἐνὸς μέσου. καὶ μεταφέροντες δὲ στοιχεῖον καλοῦσιν ἐντεῦθεν, ὃ ἂν ἐν ὄν καὶ μικρὸν ἐπὶ πολλὰ ἢ χρήσιμον. Biese I. p. 381 not. 5: „Das Wort στοιχεῖα bezieht sich gewöhnlich auf die elementaren Grundbestandtheile des Materiellen, wird aber von Aristoteles auch von den Principien des Intelligibeln gebraucht. Vgl. Trendelenb. Platonis de ideis etc. p. 46 und dessen commentar. ad Arist. de an. p. 228". 1014 b 10 στοιχεῖα τὰ γένη λέγουσὶ τινες. 1396 b 21 τὰ δὲ στοιχεῖα τῶν ἐνθυμημάτων λέγωμεν· στοιχεῖον δὲ λέγω καὶ τόπον ἐνθυμη-

πεπερασμένη· οὐ γὰρ πᾶσα ἐν ἐναντιοῖς. 260a27 τριῶν δ' οὐσῶν κινήσεων, τῆς τε κατὰ μέγεθος καὶ τῆς κατὰ πάθος (quare 15a23 τὸ ἀλλοιούμενον appellat τὸ κατὰ πάθος κινούμενον) καὶ τῆς κατὰ τόπον (cf. 465b31), ἣν καλοῦμεν φοράν, ταύτην ἀναγκαῖον εἶναι πρώτην. — 323a15 καὶ γὰρ τὸ κινεῖν ποιεῖν τί φασι καὶ τὸ ποιοῦν κινεῖν... ἀλλὰ τὸ κινεῖν ἐπὶ πλεον τοῦ ποιεῖν ἐστίν. 324a24 τὸν αὐτὸν δὲ λόγον ὑποληπτέον εἶναι περὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν ὄνπερ καὶ περὶ τοῦ κινεῖν καὶ κινεῖσθαι. διχῶς γὰρ λέγεται καὶ τὸ κινεῖν· ἐν ᾧ τε γὰρ ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, δοκεῖ τοῦτο κινεῖν... καὶ πάλιν τὸ ἔσχατον πρὸς τὸ κινούμενον καὶ τὴν γένεσιν. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοῦ ποιοῦντος... τὸ μὲν οὖν πρῶτον κινεῖν οὐδὲν καλύει ἐν μὲν κινήσει ἀκίνητον εἶναι ἐπ' ἐνίων δὲ καὶ ἀναγκαῖον· τὸ δ' ἔσχατον ἀεὶ κινεῖν κινούμενον. 406a5 καθ' ἕτερον δὲ λέγομεν (κινεῖσθαι), ὅσα κινεῖται τῷ ἐν κινουμένῳ εἶναι, οἷον πλωτῆρες· οὐ γὰρ ὁμοίως κινεῖνται τῷ πλοῖῳ· τὸ μὲν γὰρ καθ' αὐτὸ κινεῖται, οἱ δὲ τῷ ἐν κινουμένῳ εἶναι. 226a19 κινεῖται τὸ κινούμενον πᾶν τριχῶς, ἢ τῷ κατὰ συμβεβηκὸς ἢ τῷ μέρος τι ἢ τῷ καθ' αὐτό... τὴν δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἀφεῖμεν πάλαι: quo quidem loco non ἀλλοίωσιν Aristotelem intelligere, de qua 317a25 dicit ὅταν δ' ἐν τοῖς πάθεσι καὶ κατὰ συμβεβηκὸς (ἢ ἢ μεταβολή), ἀλλοίωσις, non est quod moneamus. Ceterum de ἀλλοίωσει v. 145a8 καθ' ὅσα ἀλλοιοῦνται τὸ ἔχον, οὐδὲν τούτων διαφορὰ ἐκείνου. 319b10 ἀλλοίωσις μὲν ἐστίν, ὅταν ὑπομένοντος τοῦ ὑποκειμένου αἰσθητοῦ ὄντος, μεταβάλλῃ ἐν τοῖς αὐτοῦ πάθεσιν ἢ ἐναντιοῖς οὐσίῃς ἢ μεταξὺ, coll. 331a10 et quae de reliquis mutationibus dicuntur 319b15 seqq. et 31 seqq.; disputat enim de discrimine quod habeant singula mutationis genera. Voluptates et dolores 666a11 vocantur κινήσεις τῶν ἡδέων καὶ τῶν λυπηρῶν.

15a17 Buhle adiecit ἀλλοίωσις post οὐδὲ ἢ ex auctoritate veteris Intp. lat. Iure nou recepit Bkk.: nam in sequentibus ἀλλοίωσις opponitur reliquis omnibus quae commemoravit motus generibus, ut doceat hanc diversam esse a reliquis. Etenim verba ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ ἄλλαι „item autem etiam reliquae” (γένεσιν dicit, φθοράν, αὔξησιν, μείωσιν et μεταβολὴν κατὰ τόπον) hanc viam habent: „item autem, si binae sumantur reliquae, nullam earum eandem esse cum alia manifestum erit”: quare etiam verba οὐδὲ ἢ κατὰ τόπον μεταβολή alium sensum

vix admittunt nisi hunc: „neque ἡ φορὰ eadem est cum quocunque quattuor motus generum quorum modo facta est mentio”. Nam quum haec scriberet, iam videtur in mente habuisse quae sequuntur ὡσαύτως δὲ . . . ; quae si recte explicuimus, probabile quoque erit Aristotelem τὴν κατὰ τόπον μεταβολὴν non uni reliquorum motus generum opponere voluisse, sed quattuor reliquis. In Aristotele autem, qui a limitationi dicendi genere ita alienus est, ut Ritter (Gesch. d. Phil. III. p. 27) severior Aristotelis quam Platonis iudex a se impetrare potuerit, ut diceret: „Wenn wir nach den uns erhaltenen Schriften allein urtheilen sollten, so würden wir im Ganzen und blofs in Rücksicht auf die Darstellung den Aristoteles für einen schlechten Schriftsteller halten müssen” (cf. quae dicit p. 93: tantum enim de laudibus Aristotelis detrahit, ut hoc aegre ferre nemo non possit qui exolvere velit quae debeantur. Platonem amamus, admiramur Aristotelem), aliquando accidit ut magis quaerendum sit quid dicere voluerit quam quid dixerit: scribendi enim impatiens inceptam orationem non persequitur, properat ad ea quae mente excogitata iam cohibere non potest, relinquit igitur quod incepit, conturbat orationis ordinem, quia quae adhuc in mente habet tanta sunt, ut lente et paulatim procedere orationem non amplius patientur.

15 a 38 γνώμων indicem horologii solarii significat, τ. 912 a 39, b 7. Alium sensum habet 577 a 20 τούτους δὲ γνώμονας καλοῦσι, τοὺς τετάρτους (τοῦ ὄνου ὀδόντας). Quo melius intelligantur quae dicit Simplicius (schol. 91 b 30 seqq.) et quae in iis corrigenda esse indicavimus p. 28, figuram adiecimus.



Ios. Blancanus (Aristotelis loca mathematica ex universis ipsius opp. collecta et explicata. Bonon. 1615 p. 35) habet haec: „Gnomon vox graeca inter alia significat instrumentum illud quod Latini tum amussim tum normam appellant, Itali vero Squadra, ad cuius similitudinem geometrae denominarunt figuram quandam.”

Quid significet γνώμων in arithmetica, cuius theoremata geometrica constructione illustrabant veteres, ex ipsa figura satis apparet. Cf. Simplic. et cod. Reg. 1947 ad 203 a 14 (schol. p. 362).

15 b 1 Codices secuti dedimus κλησις ἡμεῖς ἐναντίον. De voce ἐναντίον genere neutro posita v. 10 b 13 et quae diximus ad 4 b 4: accedit quod etiam edd. priores habent ἐναντίον.

15 b 4 et 9 Cum codd. On etiam Boethius congruit, quos secuti sumus. Lectiones enim quas praebent reliquis praestare manifestum est: ἀντιθείη etiam edd. priores habent, quare fortasse mendum est quod in ed. Bkki legitur ἀντιτιθείη, quamquam idem etiam in eiusd. ed. minori (Berol. 1843) legitur. Vs. 12 ἀντικείμεται praetullimus cum Boethio: ἀντίκειται enim scribentium negligentiae deberi verisimile est.

Cap. 15. De multiplici potestate verbi habendi.

15 b 17 τὸ δὲ ἔχειν . . . 1023 a 8 τὸ ἔχειν λέγεται πολλαχῶς, ἓνα μὲν τρόπον τὸ ἄγειν κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν ἢ κατὰ τὴν αὐτοῦ ὁρμὴν . . . ἓνα δ' ἐν ᾧ ἂν τι ὑπάρχῃ ὡς δεκτικῶ . . . ἓνα δ' ὡς τὸ περιέχον τὰ περιεχόμενα . . . ἔτι τὸ κωλύον κατὰ τὴν αὐτοῦ ὁρμὴν τι κινεῖσθαι ἢ πράττειν . . . καὶ τὸ ἐν τινι δὲ εἶναι ὁμοιοτρόπως λέγεται καὶ ἐπομένως τῷ ἔχειν, cf. Trdlbg. de Categ. prolusio p. 17 seqq.

15 b 19 omisimus καὶ ante ἐπιστήμην et codicum et Boethii auctoritate moti: item vs. 25 articulum adiecimus et vs. 30 restitulumus ἔχειν, quod cur Bkk. non ferendum esse iudicaverit non assequor: ἔχει autem e coniectura dedit.

HERMENEUTICA.

De voce *ἐρμηνεία* Biese I. p. 89 „Der Satz ist der Ausdruck (*ἐρμηνεία*) des reflectirenden Denkens, welches trennt und verbindet“. Boethius comm. in lib. de intp. prooem. „Interpretatio (*ἐρμηνεία*) est vox significativa per se ipsam aliquid significans“: ad quae recte Thomas Aquinas (opp. ed. Ven. 1495) fol. 2, a: „Nomen et verbum magis interpretationis principia esse videntur quam interpretatio“. Latius patet *ἐρμηνεία* quam *λέξις*: dicit enim 1450 b 14 *λέξιν εἶναι τὴν διὰ τῆς ὀνομασίας ἐρμηνείαν*. (Vox explanabilis quaecunque *λέξις* est, v. 875 b 21 *ἢ γλῶττα σφαλλομένη πταλεῖ καὶ οὐ δύναται τὴν λέξιν διαρθροῦν*: unde fit, ut 63 b 24 *κατὰ μὲν τὴν λέξιν et κατ' ἀλήθειαν δὲ ὀρροναν- tur*, eodem sensu quo ὀρρονantur *κατὰ τοῦνομα et κατὰ τὸν λόγον*, in speciem (e verbis magis quam e re iudicanti) et re vera. Biese II. p. 628 *λέξιν* recte intelligit de elocutione vertens „rednerischer Stil,“ ib. p. 686 „Diction“. Etiam *ὀρχηστικωτέρω* poesi *λέξις* ὀρρονitur 1449 a 23 *λέξεωσ δὲ γενομένησ ἀυτῇ ἢ φύ- σισ τὸ οἰκειὸν μέτρον εὔρεν· μάλιστα γὰρ λεκτικὸν τῶν μέτροων τὸ λαμβεῖὸν ἔστιν*.) Ubi minus premitur significatio vocis *ἐρμη- νεία* idem fere est quod *διάλεκτος*: 420 b 19 *τῇ γλῶττη (κατα- χρεῖται ἢ φύσις) ἐπὶ τε τὴν γεῦσιν καὶ τὴν διάλεκτον, ὧν ἢ μὲν γεῦσισ ἀναγκαῖον, ἢ δ' ἐρμηνεία ἔνεκα τοῦ εὔ*. 476 a 19 *τῇ γλῶττη (χρεῖται ἢ φύσις) πρὸσ τε τοῦσ χυμοῦσ καὶ πρὸσ τὴν ἐρμηνείαν*. Nam sensu proprio ἢ *ἐρμηνεία* complectitur signa externa per quaecunque exprimuntur et cum aliis communicantur quae ani- mum afficiunt: quare dicit 660 a 35 *χρῶνται τῇ γλῶττη (οἱ ὀρ- νιδεσ) καὶ πρὸσ ἐρμηνείαν ἀλλήλοισ πάντεσ μὲν, ἔτεροὶ δὲ τῶν ἔτερων μάλλον*. Non ab omni igitur parte verum est quod dic- tatur schol. 94 a 1 (cf. ib. 10, 19 et 97 a 3 — 9) *οὐδὲν διαφέρει*
21*

ἐπιγράφαι περὶ ἑρμηνείας ἢ περὶ ἀποφαντικοῦ λόγου: est enim ἑρμηνεία quod nos „sprachliche Mittheilung“. Cf. 139 b 15 ἔστι δὲ τοῦ μὴ καλῶς μέρη δύο, ἓν μὲν τὸ ἀσαφεῖ τῇ ἑρμηνείᾳ κεχρησθῆναι· δεῖ γὰρ τὸν ὀριζόμενον ὡς ἐνδέχεται σαφεστάτῃ τῇ ἑρμηνείᾳ κεχρησθῆναι. Vix erit, opinor, cui non iniquus iudex videatur Gumposch, qui p. 91 de libro περὶ ἑρμηνείας haec habet: „In dieser kleinen Schrift . . . sind die Zitationen und entlehnten Stellen die Grundsäulen des Ganzen, und fast nichts ist in der ganzen Schrift enthalten, was wir nicht schon anderswo finden, so daß der Verfasser nur unter die Rahme des Urtheils alte Dinge gebracht“. Titulum libri plane ineptum iudicat, quem equidem ferri posse putaverim, quum ἑρμηνεία de communicatione sermonis intelligatur, cuius principia in hoc libro tradantur. De divisione libri v. schol. 97 extr., de difficultatibus, quas habet, satis est dicere quod fuerunt qui eum explicari omnino non posse arbitrarentur (schol. 122 a not., cf. 126 a not.).

Cap. 1. Quae prima exponenda sint, 3 quam rationem habeant quae animum afficiant et quae horum signa sint externa. 9 Verum et falsum ut in animo sic in oratione non in singulis sunt, sed in iis quae coniuncta proferuntur.

16a3 τὰ ἐν τῇ φωνῇ non verba intelligit, sed quaecunque proferuntur per linguam. Cf. 535a28 φωνὴ καὶ ψόφος ἑτερόν ἐστι καὶ τρίτον τούτων διάλεκτος. φωνεῖ μὲν οὖν οὐδενὶ τῶν ἄλλων μορίων οὐδὲν πλὴν τῷ φάρυγγι· διὸ ὅσα μὴ ἔχει πνεύμονα οὐδὲ φθέγγεται· διάλεκτος δ' ἢ τῆς φωνῆς ἐστὶ τῇ γλώττῃ διάρθρωσις. τὰ μὲν οὖν φωνήεντα ἢ φωνὴ καὶ ὁ λάρυγξ ἀφήσιν, τὰ δ' ἄφωνα ἢ γλῶττα καὶ τὰ χεῖλη· ἐξ ὧν ἢ διάλεκτός ἐστιν. διὸ ὅσα γλῶτταν μὴ ἔχει ἢ μὴ ἀπολελυμένην οὐτε φωνεῖ οὐτε διαλέγεται· ψοφεῖν δ' ἐστὶ καὶ ἄλλοις μορίοις.

16a4 σύμβολα. 165a6 οὐκ ἐστὶν αὐτὰ τὰ πράγματα διαλέγεσθαι φέροντας, ἀλλὰ τοῖς ὀνόμασιν ἀντὶ τῶν πραγμάτων χρώμεθα συμβόλοισι. 437a15 τῶν δ' ὀνομάτων ἕκαστον σύμβολόν ἐστιν, quamquam dicit 1404a21 τὰ γὰρ ὀνόματα μμημάτα ἐστίν, h. e. voces non solum interpretantur et quasi repraesentant ea quibus animus afficitur, sed etiam imitantur: qui locus quomodo intelligendus sit et conciliandus cum reliquis v. apud Biesium I. p. 94 not. 1, ubi pro rhet. 3, 6 legendum est rhet. 3, 1. Ut sibi opponuntur σύμβολα et μμημάτα sic etiam ση-

μεία et *ὁμοιώματα*, eo tamen discrimine, ut illa sint *κατὰ συνθήκην* (pendent enim ab iis de quibus homines inter se convenerunt), haec vero in rebus ipsis posita sint (das *σύμβολον* ist ein subjectives *σημείον*, das *ὁμοίωμα* ein objectives *μίμημα*): 1340 a 33 οὐκ ἔστι ταῦτα (τὰ σχήματα) ὁμοιώματα τῶν ἡθῶν, ἀλλὰ σημεία μᾶλλον τὰ γιννόμενα σχήματα καὶ χρώματα τῶν ἡθῶν. Ib. vs. 39 ἐν δὲ τοῖς μέλεσιν αὐτοῖς ἔστι μιμήματα τῶν ἡθῶν. 985 b 27 ἐν δὲ τοῖς ἀριθμοῖς ἔδδκουν θεωρεῖν ὁμοιώματα πολλὰ τοῖς οὖσι καὶ γιννομένοις. Alio sensu quam nostro loco *σύμβολον* posuit 331 a 24 ὅσα μὲν γὰρ ἔχει σύμβολα πρὸς ἄλληλα, ταχῆα τούτων ἢ μεταβάσις, ὅσα δὲ μὴ ἔχει βραδεῖα, v. ib. vs. 34, 360 a 26: in his enim *σύμβολα* vocat quae 333 a 19 seqq. *συμβλητὰ στοιχεῖα*, quae cognationem quandam habent s. quae ita composita sunt, ut aliquid commune insit in utroque.

16 a 4 τὰ γραφόμενα. 895 a 10 ἔστι δὲ ὁ λόγος οὐ τὸ τῆ φωνῆ σημαίνειν, ἀλλὰ τοῖς πάθεσιν αὐτῆς καὶ μὴ ὅτι ἀλγεῖ ἢ χαίρει. τὰ δὲ γράμματα πάθη ἔστι τῆς φωνῆς. Quae igitur nostro loco dicit τὰ γραφόμενα non eadem sunt atque τὰ γράμματα, nam illa (elementa scripta) sunt *σύμβολα*, quorum haec (elementa voce expressa) sunt *πάθη*.

16 a 6 τὰ σύμβολα, ut quae sint arbitraria, non omnibus eadem sunt, τὰ παθήματα vero, quorum sunt indicia prima, et res ipsae, quas repraesentant et quarum sunt imagines, eadem sunt. *πρώτως* ex usu Aristotelis fieri dicitur id quod ex ipsis et solis naturae legibus alicuius rei efficitur, ut alia re, quae media interponatur inter causam efficientem et id quod efficitur, non indigeat: 414 a 13 ἡ ψυχὴ δὲ τοῦτο ᾧ ζῶμεν καὶ αἰσθανόμεθα καὶ διανοούμεθα πρώτως. 413 b 2 τὸ μὲν οὖν ζῆν διὰ τὴν ἀρχὴν ταύτην ὑπάρχει τοῖς ζῶσι, τὸ δὲ ζῶον διὰ τὴν αἰσθητικὴν πρώτως. 667 b 24 τὸ μόριον ἐν τὸ ταύτην (τὴν αἰσθητικὴν ψυχὴν) ἔχον πρώτως. Sic etiam dicitur 324 b 12, 700 a 20 τὸ πρώτως κινουὶν pro eo quod frequentius est apud Aristotelem τὸ πρώτον κινουὶν. Nos reddimus *πρώτως* „unmittelbar, ursprünglich, primitiv”. Fluit inde alius usus adverbii *πρώτως*, quo significat id quod cum rei natura ita coniunctum est, ut in eius notione proprie accepta comprehendatur: quo quidem sensu *πρώτως* haud multum differt a *κυρίως*: 1045 b 27 περὶ μὲν οὖν τοῦ πρώτως δυνατοῦ . . . 1049 b 13 τῷ γὰρ ἐνδέχεσθαι ἐνεργῆσαι δυνατόν ἔστι τὸ πρώτως δυνατόν. — Lectionem

vulgarem et codices tuentur omnes et vet. intp. lat.: quare neque obtemperandum erit Alexandro pro ταῦτα vs. 7 scribenti ταῦτά, neque Hermino ταῦτά vs. 6 mutanti in ταῦτα (Boeth. in schol. 101b not.): altero utro enim admissio locum depravari nemo est quin videat. Namque si Herminum sequimur, tollitur membrorum oppositio, quam particula μέντοι indicat, si Alexandrum, universe proferuntur (καὶ ὧν ταῦτά ὁμοιώματα) quae hoc loco non nisi de iis quibus animus afficiatur (περὶ τῶν παθημάτων τῆς ψυχῆς) et dicta esse debent et re vera dicta sunt. In priori ed. comm. (Basil. 1570 p. 218) Boethius aut minus accurate lectionis varietatem indicavit aut aliam lectionem habuit quam in altera ed.; dicit enim „Est alia quoque scriptura hoc modo se habens „„ Quorum autem hae primum notae, hae omnibus passiones animae sunt, et quorum hae similitudines, res etiam hae””. Idem mendum, ut ταῦτα scriptum sit pro ταῦτά, habemus 45 b 14.

- 16 a 8 περὶ τούτων, intell. παθημάτων τῆς ψυχῆς, v. Trdlbg. de an. p. 116. Locus ad quem Aristoteles respicit est de an. III, 6.
- 16 a 12 σύνθεσιν καὶ διαίρεσιν . . . Affirmationem et negationem significat. Eundem sensum habent 24 b 17 verba ἢ προστιθέμενου ἢ διαίρουμένου, ubi v. quae diximus. Cf. 1457 a 28 et 1027 b 21 quae adscribemus ad 17 a 15. Biese I. p. 91 not. 5. 1051 b 12 τὸ μὲν εἶναι ἐστὶ τὸ συγκείσθαι καὶ ἐν εἶναι, τὸ δὲ μὴ εἶναι τὸ μὴ συγκείσθαι, ἀλλὰ πλείω εἶναι. Non recte hunc locum expressit Ritter (Gesch. der Phil. III. p. 79) „Ja Aristoteles geht so weit, dafs er das Sein und das Nicht-Sein für nichts anderes anerkennt als nur für Verbundensein oder Nicht-Verbundensein des Subjects mit dem Prädicate”: nos enim quum dicimus „das Sein”, de ipsa rerum natura (de οὐσίᾳ) cogitamus, quam in coniunctione ponere Aristotelem nemo erit qui contendat. Bene haberent omnia, si dixisset „Aristoteles erklärt Sein und Nicht-Sein für Verbundensein und Nicht-Verbundensein”, quae quidem sententia et Aristoteli placebit et ipsi veritati (v. 16 b 22 et quae ibi diximus): patet enim ex iis quae praecesserunt εἶναι h. l. non significare τὴν οὐσίαν s. τὸ τί ἐστίν, sed nihil nisi copulam, quae dicitur, qua alterum de altero praedicari indicatur: quare recte Biese I. p. 95 not. 3 „Bei Aristoteles hat also das Verbum εἶναι nicht die Bedeutung eines ὄημα, weil es nicht einen bestimmten Gegenstand bezeichnet, sondern sich auf die Verbindung des Sub-

jectes und Prädicates zu einem Ganzen bezieht": 430 a 26 ἡ μὲν οὖν τῶν ἀδαιρέτων νόησις ἐν τούτοις, περὶ δὲ οὐκ ἔστι τὸ ψεῦδος ἐν οἷς δὲ καὶ τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθές, σύνθεσις τις ἤδη νοημάτων ὥσπερ ἐν ὄντων. — Lectionem ψεῦδος τε καὶ habent et edd. priores omnes et codd. meliores excepto *A*, quare eam servavimus, praesertim quum hoc loco τὸ ψεῦδος τε καὶ τὸ ἀληθές ita coniuncta esse debeant, ut in unam notionem eamque ἀνώνυμον quasi coaluisse videantur: dicit enim „Quod est verum falsumve (ἡ ἀπόφανσις) non inest in oratione nisi per σύνθεσιν et διαίρεσιν”.

16 a 16 σημείον δὲ sequente γὰρ usitatissimum Aristoteli: 1312 b 21, 1318 b 17, 1328 a 1. Item τεκμήριον δὲ sequente γὰρ 1335 a 15 et μαρτύριον 771 b 8. Alia structura est 1450 a 35, ἔτι σημείον ὅτι... , eadem 939 b 25, 941 a 14, alia quam non nisi in Meteorologicis inveni 372 b 28 σημείον δὲ τούτου διότι... 350 b 28 τό τε ὑπὸ τοῖς ὄρεσιν ἔχειν τὰς πηγὰς μαρτυρεῖ διότι... , alia 87 b 1 τούτου δὲ σημείον, ὅταν εἰς τὰ ἀναπόδεικτα ἔλθῃ, cf. ib. vs. 3, alia 604 a 19 σημείον δὲ τῆς ἀρώστιας τὰ ὄρα καταβάλλουσι, eadem ib. vs. 30, b 4, 8, 13, 15 si., alia denique 755 b 2 σημείον τὸ καὶ τοὺς ζωοτοκοῦντας τῶν ἰχθύων... φωτοκίβν ἐν αὐτοῖς πρῶτον, eadem est 945 b 16. — De hircocervo Stallb. ad Plat. remp. p. 488 (Steph.) videre iubet Eustath. ad Il. a p. 102 ed. Rom. Hemsterhus. ad Lucian. Prometh. §. 7. p. 239. T. I. ed. Lehm.

16 a 18 κατὰ χρόνον quod opponitur τῷ ἀπλῶς h. e. τῷ ἀορίστως, temporis ratione non habita: κατὰ χρόνον cum emphasi dictum est; significat enim κατὰ χρόνον τινὰ ὠρισμένον. Similia 592 b 14 πάντα δὲ ταῦτα τρία ὄντα (quamquam tria animalia sunt diversa) ὁμοία τὰς ὄψεις καὶ σαρκοφάγα πάντα. 688 b 19 διὰ τὸ δύο εἶναι (diversa intell.) τό τ' ἀριστερόν καὶ τὸ δεξιόν. De coel. 312 a 7 τὸ βαρὺ καὶ τὸ κοῦφον δύο ἐστίν. 1313 b 31 τυραννικὸν δὲ τὸ μάλιστ' ἀπιστεῖν τοῖς φίλοις, ὡς βουλομένων μὲν πάντων δυναμένων δὲ μάλιστα τούτων, de quo loco cf. quae dicemus ad 68 b 5.

Cap. 2. Definitur nomen. 21 Nominis partes sive simplicis sive compositi nihil per se significant. 30 Nomen cum negatione coniunctum non est nomen. 33 Casus nominis a nomine eo differunt, quod cum verbo εἶναι coniuncti nihil veri vel falsi habent.

γὰρ ἐβάδισεν ἢ βάδιξε πτώσεις ῥήματος κατὰ ταῦτα τὰ εἶδη ἔστιν. Significat etiam πτώσεις quaecunque derivantur sive a nomine sive a verbo quo modo cunque, cf. 1a 13: quae proprie appellantur σύστοιχα; πτώσεις vero quae dicuntur his continentur, v. 114a 32 — 38 coll. Leo, Mag. in nostris scholiis ad 114a 27: quare saepius iunguntur αἱ πτώσεις καὶ τὰ σύστοιχα 151b 30, 153b 25, 124a 10 al. Adverbium numeratur in πτώσεσιν 118a 33, 106b 29. Ea quoque quae non differunt nisi genere dicuntur πτώσεις 133b 36: eundem sensum habet κλήσις 182a 18 ὁ δὲ λίθος καὶ τὸ οὗτος ἀρόχενος ἔχει κλήσιν. Ut brevis sit, etiam casum rectum πτώσιν vocat 136b 16, quem nostro loco aperte distinguit a casibus: profertur enim casu recto ipsum nomen. Eodem sensu 48b 41 τὰς κλήσεις τῶν ὀνομάτων opponit ταῖς πτώσεσιν, 49a 2 casum rectum obliquis; πτώσεις etiam appellat 42b 30, quos interpretes vocare solent τρόπους, singulos cuiusque figurae modos syllogismorum. — λόγος δὲ ἔστιν αὐτοῦ „Bedeutung und Verhältniß — das Wesen davon ist...” λόγος ὀνόματι opponitur sic ut 2a 20, ubi v. quae diximus. αὐτοῦ refertur ad τὸ δὲ Φίλωνος ἢ Φίλωνι, quamquam proxime praecessit numerus pluralis, ad quem quum αὐτοῦ non commode possit referri, ut hoc idem incertum maneat, vertendum erit „davon”. Similia satis frequentia sunt apud Aristotelem, cf. 17a 20 τούτων, quod intelligendum est de λόγοις ἀποφαντικοῖς, quos singulari numero commemoravit vs. 15. 952b 26 διὸ καὶ ὁ νομοθέτης μείζους αὐτοῖς (τοῖς κλέψασιν intell., quum v. 19 praecesserit τὸν κλέψαντα) ξημίας ἐνέγραψεν. De mutatis numeris v. quae collegimus ad 69b 3. 16b 4 Post αἰὲν Pacius addit διαφέρει, quod explicationi quidem bene inservit, sed a contextu alienum est. — οὐδὲν ἀληθεύει: sic 222b 24 φθίρεται δὲ καὶ μηδὲν κινούμενον. 231b 20 διαφθεῖσθαι εἰς ἀδιαίρετα ἢ μηθὲν. 745a 23 συμμεταβάλλουσι (αἱ τρίχες) τῷ δέσματι τὰς χροάς . . . οἱ δ' ὀδόντες οὐθὲν. 894b 13 τὰ μὲν χαλεπὰ ἔστι μετὰ τὸν τόκον, οἶον κύων καὶ ὄς, τὰ δὲ οὐδὲν ἐπιδήλωσ.

Cap. 3. Verbi definitio, quae per partes explicatur. 12 Neque verbum ipsum cum negatione coniunctum verbum est, neque casus verbi. 19 Verbum per se spectatum nomen est, non significat aliquid veri vel falsi nisi coniunctum cum nominibus.

16b6 ῥῆμα. 1457a14 ῥῆμα δὲ φωνὴ συνθετὴ, σηματικὴ μετὰ χρόνου, ἧς οὐδὲν μέρος σημαίνει καθ' αὐτὴν, ὡσαύτῃ καὶ ἐπὶ τῶν ὀνομάτων· τὸ μὲν γὰρ ἀνθρώπος ἢ λιγυρὸν οὐ σημαίνει τὸ ποτε, τὸ δὲ βαδίζει ἢ βεβαίαιε προσσημαίνει τὸ μὲν τὸν παρόντα χρόνον, τὸ δὲ τὸν παρελθόντα.

16b10 Ammonius e Porphyrio aliam lectionem affert (schol. 106a26) ὑπαρχόντων pro καθ' ἑτέρου λεγομένων, ὁμοίως ἢ ἐν ὑποκειμένῳ. In lectione vulgari consentiunt codices ad usum omnes, quam etiam Porphyrius probavisse videtur et Stephanus, cuius schol. v. supra p. 39*): ὑπαρχόντων factum correctum est e vs. 13.

16b13 ὑπαρχεῖν κατὰ τινος etiam habemus 67b25. 72a13 τὸ μὲν τι κατὰ τινος κατάφασις, τὸ δὲ τι ἐκὸς τινος ἀπόφασις.

16b18 τὸν χρόνον, quod dicit 19b18 τοὺς ἐκτὸς χρόνους et plinius 17a30 τοὺς ἐκτὸς τοῦ νῦν χρόνους.

16b19 ὀνόματά ἐστι: convenit enim singulis verbis nominis definitio quam dedit a19: namque perpetuum animi motum videtur qui loquitur eumque in aliqua re defigit, neque qui movit animum vagari patitur ab alia re ad aliam, sed quiescentem tenet et definitum in una. 956a39 ἢ αἰσθησις καὶ ἢ διάνοια τῶ ἡρεμίων τὴν ψυχὴν ἐνεργεῖ· ὃ καὶ ἢ ἐπιστήμη δοκεῖ εἶναι ὅτι τὴν ψυχὴν ἴσθησις· κινουμένης γὰρ καὶ φερομένης οὐτε αἰσθησθαι οὐτε διανοηθῆναι δυνατόν. ἴδὲ καὶ τὰ κατάδια καὶ οἱ μεθύοντες καὶ οἱ μαινόμενοι ἀνόητοι et quae seq. 136a26 αὐτὸς αὐτὸν ἐπιστήσας, ipse seipsum reputans.

16b22 οὐδὲ γὰρ... 92b13 τὸ εἶναι οὐκ οὐσία οὐδενί· οὐ γὰρ γένος τὸ εἶναι. In mentem venit placitum Hegelii quamquam alia ratione accipiendum „Das Seyn ist Nichts“. τὸ εἶναι, ait Aristoteles, nihil significat, nisi si connectit et enunciat alterum cum altero. Lectio quam Ammonius e Porphyrio affert (schol. 107a18) non videtur diversa esse ab ea quam nos habemus: negligentiae enim veterum interpretum in ascribendis ex Aristotele locis, quam multis exemplis comprobare licet e scholiis (v. quae diximus in Praefat.), haec tribuendum videtur, ut auctoris verba aliquando minus accurate reddiderint, siquidem ex memoria plerumque adscribunt quae e libris sumere debebant.

*) Namque legendum est „Steph.“ pro „Id.“, quod p. 39 ad schol. 16b10 adiectum est.

Cap. 4. Definitur oratio. 17a1 De enuntiatione in sequentibus agetur omissis reliquis orationis generibus.

16 b 26 λόγος. 1457 a 23 λόγος δὲ φωνὴ συνδετὴ σημαντικὴ, ἧς ἕνια μέρη καθ' αὐτὰ σημαίνει τι· οὐ γὰρ ἅπας λόγος ἐκ ῥημάτων καὶ ὀνομάτων σύγκειται, οἷον ὁ τοῦ ἀνθρώπου ὀρισμός, ἀλλ' ἐνδέχεται ἄνευ ῥημάτων εἶναι λόγον. μέρος μὲντοι ἀεὶ τι σημαῖνον ἔξει, οἷοι ἐν τῷ βαδίζει Κλέων ὁ Κλέων. 1404 b 26 ὄντων δ' ὀνομάτων καὶ ῥημάτων ἐξ ὧν ὁ λόγος συνέστηκεν. Duae igitur Aristoteles partes orationis (Lersch Sprachphilosophie der Alten p. 11—21), quibus tamen (Poet. c. 20) σύνδεσμον et ἄρθρον adiicere videtur, ut quattuor existent. Difficultas eo tollitur, quod ubi de primis haeque necessariis orationis quae proprie dicitur (h. e. τοῦ πρώτου λόγου ἀποφαντικοῦ, qui simplicis nominis et verbi coniunctione continetur) partibus loquitur, duas tantum partes agnoscit, ubi vero orationis partem dicit quodcumque in sermone proferitur, quattuor partes distinguit. Simile quidquam Ammonius videtur in mente habuisse (schol. 99 a 10) μέρη δὲ οὐκ ἂν λέγοιτο δικαίως ἢ γε μὴ δύνανται συντεθέντα καθ' ἑαυτὰ πλείω ἐργάσασθαι λόγον. λόγου μὲν οὖν ταῦτα (σύνδεσμοι καὶ ἄρθρα καὶ προθέσεις καὶ αὐτὰ τὰ ἐπιρρήματα) οὐ μέρη, λέξεως δὲ μέρη, ἧς καὶ ὁ λόγος αὐτὸς μέρος, καθάπερ ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς (l. l.) εἴρηται. — Oratio quum consistat e nominibus et verbis, necesse est, quia partes sunt κατὰ συνθήκην, ipsa sit κατὰ συνθήκην: brevitati autem, qua Aristoteles uti solet, parum convenit ut expresse dicat quod facile intelligatur, praesertim quum ne in definitione quidem verbi (vs. 6.) hoc adiciendum putaverit. Praeterea verba κατὰ συνθήκην neque versio Boethiana habet neque Ammonius, qui ista ab Aristotele praetermissa esse dicit (schol. 108 a 4): quare etiam nos reiecimus: recepta autem videntur in contextum propter ea quae leguntur 17a2. Item vs. 28 verba ἢ ἀπόφασις aliena manu addita videntur e vs. 30: quare cum Ammonio et vet. intp. ist. ea omisimus eosdem codices secuti, quamquam retinet versio Boethiana (schol. 108 a not. 1). Quid Alexander et Porphyrius habuerint, ex quorum commentariis Boethius multa affert, incertum est.

16 b 30 ἀλλ' οὐχὶ τοῦ... neque tamen quantacunque pars orationis significat aliquid: neque enim una syllaba sola vocabuli

ἀνθρώπος dictio est, sed, ut syllaba *υς* in *μῦς*, vox est, non dictio (*φάσις*).

- 17a1 *ὡς δργανον*, cui opponitur *κατὰ συνθήκην*, ex convento 1133a29, 1134b35. Quod e naturae legibus pendet (*δργανον φυσικόν*) ei opponitur quod in conventionem positum est: quare maxime continetur discrimen eorum quae Plato et quae Aristoteles de sermonis origine disputavit, v. Biese I. p. 92 sq.
- 17a2 Priorum edd. lectionem e codicibus revocavimus.

Cap. 5. Enuntiatio aut simplex est aut composita: sine verbo esse non potest.

- 17a8 *πρῶτος*: reliqui enim omnes ex hoc originem habent, ut ex simplici id quod compositum est: affirmatio autem prior est negatione, v. 86b33 *ἢ δὲ καταφατικῆ τῆς ἀποφατικῆς προτέρα καὶ γνωριμώτερα· διὰ γὰρ τὴν κατάφασιν ἢ ἀπόφασιν γνώριμος, καὶ προτέρα ἢ κατάφασιν ὥσπερ καὶ τὸ εἶναι τοῦ μὴ εἶναι*. De coel. 286b25 *τῆς στερησεως πρότερον ἢ κατάφασιν*.
- 17a10 *ἐκ ῥήματος εἶναι*, quod ipse et interpretatur et demonstrat 19b12.
- 17a11 Boethius in priori ed. comm. p. 219 (Basil. 1570) „Etenim hominis ratio si non est... Aristotelis in Graeco textus non habet ita ut nos supra posuimus, sed hoc modo: „Etenim hominis si non aut est aut erit aut fuit...” subintelligendum relinquente philosopho quod de ratione diceret i. e. de definitione, quam Graeci *λόγον* dicunt. Sed cum supra de oratione tractasset, quae apud illos similiter *λόγος* vocatur... communiore vocabuli usus ad *λόγον*, de quo superius tractabat, retulit, ut non orationem intelligeremus, sed potius rationem”. In altera ed. Boethius nihil tradit de lectionis varietate. In vitis codicibus vocabulum *λόγος* e contextu eiecimus: consensus enim codicum nihil probat nisi emblematis antiquitatem.
- 17a13 Scripsimus *δι’ ὅ τι*, quamquam codd. omnes praebent *διότι*, quae quid differant dicemus ad 58b7. Versio Boethiana „quare autem”, sed paullo post Boethius (ed. pr. p. 230) „Cur autem una sit oratio nunc, inquit, dicere intermitteremus” et „Cur autem una sit, alterius est hoc tractare negotii”. Si legis *διότι*, vix id aliter poterit explicari quam hoc modo: *διὰ τὸ ἐνός τινος (τοῦ ἀνθρώπου intell.) εἶναι τὸν λόγον*,

quae nequaquam exprimi poterunt ex iis quae praecesserunt: imo et quae sequuntur Aristotelis verba et quae apud interpretes leguntur in eo consentiunt, quod Aristoteles causam cur hominis definitio una sit oratio hoc loco non indicet, quippe a quo haec expositio aliena sit. Apparet igitur non ferendum esse quod tulerunt edd. omnes διότι δὴ „quare igitur”, sed scribendum esse δι’ ὅ τι δὲ „cur autem”. Unum est quod offendit, δὲ quod repetit vs. 15, quamquam plane supervacaneum est: sed quomodo factum sit ut iterato δὲ orationem turbaverit, in promptu est: quum enim orationem interruperit interpositis verbis οὐ γὰρ δὴ... ἔσται, prioris membri oblitus apodosin non fecit talem qualis conveniret iis quae praecesserunt, v. quae diximus ad 14 b 30 et ad 17 b 1. — Quaestionem igitur quam proposuit reservat τῇ πρώτῃ φιλοσοφίᾳ. Resolvit eam Met. Z. c. 12, cf. Δ. c. 6.

17 a 14 οὐ γὰρ δὴ... Uberius hoc exponit in it. cap. 11.

17 a 15 εἰς λόγος. 1457 a 28 εἰς δ’ ἐστὶ λόγος διχῶς ἢ γὰρ ὁ ἐν σημαίνων ἢ ὁ ἐκ πλειόνων συνδέσμων, οἷον ἢ Ἰλιάς μὲν συνδέσμῳ εἰς, ὁ δὲ τοῦ ἀνθρώπου τῷ ἐν σημαίνειν. Idem dicit iisdem fere verbis 93 b 35. Vix est quod moneamus non pugnare cum his quae dicit 112 a 16 πᾶς ὁ εἰρηκῶς οἰοῦν τρόπον τινὰ πολλὰ εἴρηκεν, ἐπειδὴ πλείω ἐκάστω ἐξ ἀνάγκης ἀκόλουθα ἔστιν: nam quamvis multa sint alicuius rei consequentia, res ipsa una manet. 1016 b 8 τὰ δὲ πρώτως λεγόμενα ἐν ᾧν ἢ οὐσία μία. μία δὲ ἢ συνεχεία ἢ εἶδει ἢ λόγῳ, cf. 1027 b 18 — 28, quem locum, quia plura habet quae arcte coniuncta sunt cum iis quae nunc tractamus, totum exscribamus. τὸ δὲ ὡς ἀληθὲς ὄν, καὶ μὴ ὄν ὡς ψεῦδος, ἐπειδὴ περὶ σύνθεσιν ἔστι καὶ διαίρεσιν, τὸ δὲ σύνολον περὶ μερισμὸν ἀντιφάσεως. τὸ μὲν γὰρ ἀληθὲς τὴν κατάφασιν ἐπὶ τῷ συγκειμένῳ ἔχει, τὴν δ’ ἀπόφασιν ἐπὶ τῷ διηρημένῳ, τὸ δὲ ψεῦδος τούτου τοῦ μερισμοῦ τὴν ἀντίφασιν. πῶς δὲ τὸ ἅμα ἢ τὸ χωρὶς νοεῖν συμβαίνει, ἄλλος λόγος. λέγω δὲ τὸ ἅμα καὶ τὸ χωρὶς ὥστε μὴ τὸ ἐφεξῆς ἀλλ’ ἐν τι γίνεσθαι· οὐ γὰρ ἔστι τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθὲς ἐν τοῖς πράγμασιν, οἷον τὸ μὲν ἀγαθὸν ἀληθές, τὸ δὲ κακὸν εὐθὺς ψεῦδος, ἀλλ’ ἐν διανοίᾳ· περὶ δὲ τὰ ἀπλᾶ καὶ τὰ τί ἔστιν οὐδ’ ἐν τῇ διανοίᾳ.

17 a 19 Sive quis ad quaestionem factam responderet uno verbo sive sponte sua sententiam proponit. Quae quum facit, uno

μνα... γίνεται σκληρά. 383 a 30 ὅσα δὲ διὰ ψύξιν (πήγνυται)... ταῦτα δὲ ἄλυτα. In quibus δὲ in apodosi positum excusatur quodammodo altero δὲ quod praecessit. 649 b 29 τὰ μὲν θερμὰ καὶ ὑγρὰ χωριζόμενα δὲ πήγνυται καὶ ψυχρὰ φαίνεται, οἷον τὸ αἷμα, τὰ δὲ θερμὰ καὶ πάχος ἔχοντα, καθάπερ ἡ χολή, χωριζόμενα δ' ἐκ τῆς φύσεως τῶν ἐχόντων τούτων αντίον πάσχει. 455 b 20 ἐπειδὴ λέγομεν τὴν φύσιν ἕνεκά του ποιεῖν, τοῦτο δ' ἀγαθόν τι, τὴν δ' ἀπάπαντι παντὶ τῷ πεφροκότι κινεῖσθαι, μὴ δυναμένῳ δ' αἰεὶ καὶ συνεχῶς κινεῖσθαι, μεθ' ἡδονῆς ἀναγκαῖον εἶναι καὶ ἀφέλιμον, τῷ δ' ὑπὸ δι' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν προσάπτουσι τὴν μεταφορὰν ταύτην ὡς ἀναπαύσει ὄντι (in quibus perspicuitatis gratia comma adiecimus ante verba μεθ' ἡδονῆς). 948 b 39 ἔξωθεν οὖν γινόμενων τῶν τε ὑπὸ τῆς ἀγωνίας φόβων καὶ τῶν τοιοῦτων... ἐκθερμαινόμενοι δὲ οἱ περὶ τὴν κοιλίαν τόποι καὶ τὴν κύστιν διαλύονται. Eodem modo occurrit δὴ in apodosi 23 b 9, de coel. 276 a 15, et οὖν 26 b 18, 766 a 4 ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν δύναται τὸ δ' ἀδυνατεῖ ἐκκρίναι τὸ περιττώμα καθαρὸν... τῷ μὲν οὖν ἡ ὑστέρᾳ, τῷ δ' ὁ περινεός ἐστιν. 361 a 20 ἐπεὶ δὲ πλείστον μὲν καταβαίνει ὕδωρ ἐν τούτοις τοῖς τόποις... εὐλόγως ἂν οὖν ἐντεῦθεν γίγνοιτο τὰ πλείστα καὶ κυριώτατα τῶν πνευμάτων. Eadem fere vis est particulae οὖν 749 b 7: indicat enim iam redire orationem unde degressa sit. Namque quum dixerit γίνεται δὲ ταῦτα (τὰ ὑπὲρ) τοῖς μὴ πητικαῖς μηδὲ γαμφώνυξι τῶν ὀρνίθων, ἀλλὰ τοῖς πολυγούνοις... τοῖς δὲ γαμφώνυξιν exspectabas ut adderet οὐ γίνεται ταῦτα: imo longiore oratione interiecta pergat ἐπεὶ οὖν καὶ ἡ τῶν πτερωτῶν φύσις καὶ ἡ τοῦ σπέρματος γίνεται ἐκ περιττώσεως, οὐ δύναται ἡ φύσις ἐπ' ἀμφοτέρω πολυχοεῖν. Quibus quidem exemplis bene consideratis non recte fecisse videbitur Bkk., qui 1355 a 10 δ' e contextu eiciendum putavit, quum sensum turbare videretur. ἐπεὶ δὲ φανερόν ἐστιν ὅτι... ὁ λόγος δ' ὅτι quae sex versibus interpositis apodosin incipiunt: quum enim longius esset prius orationis membrum, factum est ut incepta constructio neglecta sit. In similem errorem Bekkerum particula δὲ videtur induxisse 722 a 19: scripsit enim εἰ μὲν γὰρ, ἀπ' ἐκείνων... , quum scribendum sit delete commate εἰ μὲν γὰρ ἀπ' ἐκείνων μόνον, εὐλοκασί δὲ μάλλον ταῦτα τοῖς γονεῦσι τὰ ἀνομοιομερῆ: nam verbis εἰ μὲν... respondent vs. 23 εἰ δ' ἀπὸ τῶν ἀνομοιομερῶν μόνον et vs. 27 εἰ δ' ἀπ'

ἀμφοτέρων. Locus autem explicandus videtur per *ἀνακολούθῳ*: quamquam enim inceptit orationem per *εἰ μὲν γὰρ . . .*, apodosin non addidit nisi repetita conditione vs. 21 *εἴπερ οὖν μηδὲ ταῦτα τῷ ἀπὸ παντὸς ἀπελθεῖν, τί κωλύει . . .* Nostro loco (17b1) aut dicendum erit δὲ in apodosi positum esse aut incipere apodosin vs. 4 a verbo *ἔσονται*, particulam *οὖν* vero vs. 3 in priorem partem enuntiationis irrepsisse per scribentis negligentiam, qui inceptae constructionis oblitus sit: nobis quidem prior explicandi ratio praestare videtur.

17b3 *ἐὰν μὲν οὖν . . .* Si de notione universali (v. c. de homine) universe (de omni homine igitur) aliquid praedicatur.

17b7 *μὴ καθόλου δέ*. Si non de universo praedicatur, sed omituntur *οἱ προσδιορισμοὶ* „omnis” vel „nullus”.

17b8 *ἔστιν εἶναι ἐναντία ποτέ*: contraria enim erunt, si quis de omnibus accipi velit quod revera non nisi de parte (indefinite) dedit, vel si de eadem parte neget, de qua idem affirmavit, vel si quod praedicatur non praedicatur nisi de eo, de quo pronuntiatum est, h. e. si quod praedicatur non latius patet quam id de quo praedicatur.

17b12 Quum additur „omnis”, non id de quo praedicatur universale esse significatur, sed de re aliqua universa aliquid praedicari indicatur. *ἐπὶ δὲ τοῦ . . .* Si vero quod praedicatur, quum universale est, universum praedicatur, enuntiatio exit non vera: quare dicit 77b30 *τὸ δὲ κατηγορούμενον οὐ λέγεται πᾶν*.

17b17 Pro *ἀντιφατικῶς* etiam scribi *ἀποφαντικῶς* Ammonius refert (schol. 115a20), quod si habuissent Boethius et vet. intp. lat., non vertissent „contradictorie”, sed „enuntiative”. Altera lectio et a re et a codicibus aliena est. — Repugnantes appellat enuntiationes, quarum altera omni id tribuit, quod altera non omni, aut nulli quod altera alicui, contrarias, quarum altera de omni affirmat quod altera negat de omni. Enuntiationes quas nos diximus repugnantes Appuleius vocat alterutras (Periherm. 637 ed. Flor.) „Propositiones et quantitate et qualitate contrariae alterutrae nominentur, quod iam necesse est alterutram veram esse, quae dicitur perfecta pugna et integra”, quas nos contrarias, Appuleius incongruas sive subnentras (638 ed. Flor.), quae vero subcontrariae vocari solent, eas ille subpares.

17b21 Post *οἶον* addi solent haec: *πᾶς ἀνθρώπος λυκός* — οὐ
I.

18a11 ἀληθῆς ἢ ψευδῆς ἀντίφασις brevius dicit (cf. vs. 27) pro ἀντίφασις τὴν μὲν ἀεὶ ἔχουσα ἀληθῆ τὴν δὲ ψευδῆ: respicit enim ad ea quae dixit 17b26—30.

Cap. 8. *Una est et affirmatio et negatio, in quibus unum de uno pronuntiat et quae vocem aequivocam non habent.*

18a14 ἡ καθόλου . . . vel de universa notione universali vel non de universa ut in secundo exemplo quod sequitur.

18a19 Ante οἶον addi solent verba οὐδὲ ἀπόφασις μία, quae omisimus: addita enim videntur ob ea quae leguntur vs. 21. Erit fortasse qui scribendum putet θεῖν τό, quum etiam schol. 126b30 habeatur θεῖν τό ἱμάτιον ὄνομα, sed simile est quod occurrit 649a16 οἶον εἴ τις θεῖτο ὄνομα ὕδατι ἢ σιδήρῳ θερμῶ. 1031b29 εἴ τις ἐνάστῳ ὄνομα θεῖτο τῶν τί ἦν εἶναι.

Cap. 9. *Aliter atque in rebus praesentibus et praeteritis res se habet in futuris. 34 Si enim de futuris aut affirmatio vera est aut negatio, casus omnino tollitur, b17 neque non tollitur casus, si neutram veram esse dicas. 26 Quid absurdi sequatur casu sublato ostenditur. 19a7 Multa sunt quae non fiunt necessario, sed ex casu pendent. 23 Solvit quaestionem eo, quod de rebus futuris et incertis alterutrum quidem verum esse debeat (aut affirmatio aut negatio), alterum verum esse non necesse sit.*

18a34 Si omnis affirmatio — h. e. non solum ea quae de rebus praesentibus et praeteritis profertur, sed etiam quae de futuris — aut vera est necessario aut falsa, item necesse erit ut res ipsae tales eveniant quales eventuras esse diximus: et si quis recte dixerit rem aliquam eventuram esse, iam necesse erit ut eventus veritatem comprobet. Bkk. in his unum codicem *A* secutus est, quamquam et edd. omnes et mss. reliqui de nostra lectione cum Boethio et scholiis consentiunt: praeterea b4 tulit ἡ quod nostro loco non ferendum censuit: quare restituumus pristinam lectionem. Vs. 35 Thomas Aq. (Lib. I. Lect. 13, C) lectionem habuit codicum *ef*. Vs. 37 post κατὰφασις omisimus verba καὶ ἀπόφασις, et quia facile mente repetuntur ex iis quae praecesserunt et quia ipsa lectionum diversitas in voce καὶ suspicionem movet mendum in his inesse. 18b7 Pluribus modis Aristoteles repetit et inculcat, quod, si aut affirmatio aut negatio necessario sit vera de rebus futuris, item

οὐκ ἔστι;): nam quum nihil impediatur, quia alius post mille annos hoc eventurum esse dicat, alius neget, alterum necessario verum erat, alterum falsum: verumtamen ad res ipsas, quae eventurae sunt, nihil attinet num quis affirmaverit an negaverit: non propterea enim res eveniunt, quod vel affirmatae vel negatae sunt (cf. 14 b 19 — 22), attamen quod verum fuit in dicendo, id revera etiam eveniat necesse est.

19 a 10 καὶ μὴ ὁμοίως h. e. καὶ τὸ δυνατόν μὴ εἶναι ὁμοίως.
Quid differant δυνατόν et ἐνδεχόμενον v. ad 31 b 8.

19 a 17 δύναμιν τὴν τοιαύτην h. e. τὴν τοῦ ἐνδεχομένου.

19 a 20 τὰ δὲ . . . in aliis vero alterum est verisimilius et solet evenire, neque tamen necessario evenit.

19 a 23 Quum aliquid est, necesse est id esse tale quale est: quoniam enim tale est, non potest cogitari ut non sit tale, neque tamen propterea necessario sunt omnia qualia sunt: namque esse dici poterunt (ita intell. ut „esse” non tempus praesens sed aoristum significet) et quaecunque aliquando facta sunt et quaecunque unquam sunt futura, necessitas vero non est nisi in rebus praesentibus, et in his non nisi tum quum existunt. Quae quum ita sint, aut affirmationem aut negationem veram esse necesse erit, quia res ipsa aut futura est aut futura non est, neque tamen dirimentem alteram ab altera unam veram dicere licebit, alteram falsam, adhuc enim incertum est quod eventurum sit. Aristotelis verba plana sunt, nisi quod infinitivus vs. 29 διελόντα γε εἰπεῖν duplicem explicandi rationem admittit: etenim aut ita positus est, ut 1360 b 6 τουτέστιν ἐν κεφαλῶν εἰπεῖν ἢ τ' εὐδαιμονία καὶ τὰ μόρια. 101 a 19 καθόλου δ' εἰπεῖν. 116 b 19 ἀπλῶς δ' εἰπεῖν, cf. 75 b 23 τῆς ἀπλῶς εἰπεῖν ἀποδείξεως, in quibus adverbii locum tenet, aut (quod magis placet) pendet ex ἔστιν, quod facile intelligitur, οὐ μέντοι διελόντα γε ἔστιν εἰπεῖν . . . Alia ratio est 1281 b 27 τὸ μὲν γὰρ μετέχειν αὐτοὺς τῶν ἀρχῶν τῶν μεγίστων οὐκ ἀσφαλές (διὰ τε γὰρ ἀδικίαν καὶ δι' ἀφροσύνην τὰ μὲν ἀδικεῖν ἂν τὰ δ' ἀμαρτάνειν αὐτούς), τὸ δὲ μὴ μεταδιδόναι μηδὲ μετέχειν φοβερόν: indicare enim videtur particula ἂν eum in mente habuisse εἰκὸς ἂν εἶη vel aliud quid huiusmodi, quod quamquam non poterit elici e verbis οὐκ ἀσφαλές, tamen, quia similis structura et praecessit et sequitur, infinitivi, quamquam habent quod offendat, ferri poterunt. Maiorem difficultatem habet infinitivus 478 b 21, quia neque quae

antecedunt neque quae sequuntur indicant unde pendere possit: quare, si nihil excidit, non video quomodo explicari possit, nisi Aristotelem alterius sententiam referre dicas.

19 a 34 Quae ex casu pendent et esse possunt et non esse: quare in his affirmatio et negatio (ἡ ἀντιφασίς), quum nihil praestitutum sit, eodem iure verae vel falsae pronuntiantur (ὁμοίως ἔχει): altera utra enim admittenda erit, neque tamen altera alteri praeferranda, tanquam sit destinatum et certum quod eventurum sit: quamvis enim alteram veram fore magis sit probabile quam alteram (μᾶλλον ἀληθῆ vs. 38), nondum vera est, donec eventus eam comprobaverit.

19 b 3 Omisimus μὲν post μὴ ὄντων, quod neque Boethius expressit neque optimi codices habent: quum autem δὲ quod sequitur postulare videatur μὲν, hoc additum esse aliena manu verisimile est: quis est enim qui delendum putaverit, si in libris exstitisset? Quod vero μὲν ab Aristotele omissum sit facile eo excusatur, quod duplex est membrorum oppositio: tum enim opponuntur ἐπὶ τῶν ὄντων — ἐπὶ τῶν μὴ ὄντων, tum μὴ ὄντων — δυνατῶν δέ. Aristoteles igitur quum scriberet verba ἐπὶ τῶν μὴ ὄντων, non in mente habuit τὰ δυνατά, quorum continuo facit mentionem, sed non nisi de iis cogitavit quae praecesserunt ἐπὶ τῶν ὄντων.

Cap. 10. Enuntiationis partes. 15 Quales sint primae enuntiationes ostenditur. 19 Si copula, quae dicitur, adiicitur, quattuor exstant propositiones, quae quam rationem inter se habeant exponitur: 31 exstant quattuor aliae, si alterum de altero universo praedicatur: 37 aliae, si quod enuntiationi subiectum est sumitur infinitum. 20 a 3 In quibus enuntiationibus „est” non exprimitur, latet in verbo. 16 Docet quomodo enuntiatio negans convertatur in affirmantem. 31 Nomen vel verbum cui adiungitur negatio non est enuntiatio. 20 b 1 Mutato vocabulorum ordine non mutatur enuntiatio.

19 b 6 ἀνώνυμον vocat τὸ ἀόριστον ὄνομα (v. 16 a 32, b 14), quod ex sequentibus apparet, quamquam τὸ ἀνώνυμον alium sensum habere solet apud Aristotelem; plenius enim dicit 623 b 5 δ ἐνὶ μὲν ὀνόματι ἀνώνυμόν ἐστιν, 490 a 13 ἀνώνυμα ἐνὶ ὀνόματι, quae non uno nomine generali complecti licet, 74 a 21 διὰ τὸ μὴ εἶναι ὀνομασμένον τι πάντα ταῦτα ἐν. Sic 418 a 27 ὄρα τὸν δ' ἐστιν χρῶμά τε καὶ ὁ λόγος μὲν ἐστιν εἰπεῖν, ἀνώνυ-

... non est in se ...

... non est in se ...

... non est in se ...

... non est in se ...

... non est in se ...

... non est in se ...

... non est in se ...


19 b 25 et 30. Omnes codices habent *δικαίῳ* pro *ἀνθρώπῳ* et οὐ *δικαίῳ* pro οὐκ *ἀνθρώπῳ*. Nostram lectionem in multis libris exstare Ammonius tradit (schol. 122 b 47), Boethius et ipse eandem habuit et Herminum, Porphyrium et Alexandrum habuisse auctor est: unde apparet lectionem *ἀνθρώπῳ* et οὐκ *ἀνθρώπῳ* antiquiorem esse et in contextum recipiendam propter ipsam difficultatem quam habeat, si ferri possit. Alexandri auctoritas fecisse videtur, ut in codicibus nostris non reperiat: hic enim primus eam reiecit et ita correxit, ut omnem difficultatem sustulerit. Ammonius et Boethius alteram lectionem ita defendunt ut utrumque ferri posse dixerint, quis, quum Aristoteles exempla afferat, nihil intersit num legatur *δικαίῳ* an *ἀνθρώπῳ*: quae quidem explicandi ratio minus probanda videtur propterea quod iam vs. 20 mentionem fecit enuntiationis *ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος*, quare vs. 25 et 30 vix cogitari licebit de alia enuntiatione, in qua *ἄνθρωπος* sit id quod praedicetur, non id quod orationi subiectum sit. Nobis quidem haec alia ratione explananda videntur. Quae legimus exempla vs. 15 — 18 duo terminos habebant (*ἔστιν* et *ἄνθρωπος*), in iis quae nunc proponuntur *ἔστι* tertium est quod adiicitur. Iam hos tres terminos (*ἄνθρωπος*, *δίκαιος* et *ἔστι*) non sic distinxit Aristoteles ut nos solemus: non dixit unum orationi subiectum esse, alterum praedicari, tertium copulare priores, imo de hoc discrimine nostro loco eum ne cogitavisse quidem ipsa verborum collocatio docet *ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος*, quum dicendum fuisset *ἄνθρωπος δίκαιός ἔστι* vel *ἄνθρωπός ἔστι δίκαιος*, si discrimen quod est inter terminos enuntiationis in mente habuisset: apparet igitur *ἔστι* ab Aristotele hoc loco poni non ut copulam, sed ut tertiam quandam eamque veram enuntiationis partem. Quod si concedis, eadem plane erit ratio verbi *ἔστι* in iis exemplis quae habuimus vs. 15 — 18 (*ἔστιν ἄνθρωπος*) atque in iis quae iam proponit *ἐκ τρίτου προσκατηγορουμένου* (*ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος*): nam naturam verbi esse in coniungendo positam et copulando Aristotelem parum perspexisse aperte docent quae legimus 21 a 25 sqq. — quamquam aliis locis (v. quae diximus ad 16 a 12 et b 22) optime eam cognitam habuisse videbatur: quare etiam 19 b 19, 25 b 22 τὸ *ἔστιν* recte dicit non *κατηγορεῖσθαι*, sed *προσκατηγορεῖσθαι*, v. comm. ad 24 b 17 — unde fit ut quod dicat τὸ *ἔστι* καὶ τὸ οὐκ *ἔστι* (quod vs. 25 dicit καὶ ἡ ἀπόφασις) τῷ *ἀνθρώπῳ*

προσαίσταται καὶ τῷ οὐκ ἀνθρώπῳ sic intelligendum sit, „verbum ἔστι et οὐκ ἔστι coniungitur cum reliquis duobus terminis aut affirmatis aut negatis”: qui quidem sensus facile inveniatur in istis verbis, si a nobis impetraverimus, ut ἔστι non pro copula habeamus sed pro vera et integra enuntiationis parte: quod si recte habet, δίκαιος arctius coniungitur cum ἀνθρώπος, sicut cum substantivo coniungi solet adiectivum. Essentialio igitur ἔστι δίκαιος ἀνθρώπος non idem est quod „homo est iustus”, sed verbum e verbo „est — iustus homo”. Quae quum ita sint, patet Aristotelem in his non observavisse quid intersit inter esse et existere, quod, quam Graecorum unum sit verbum εἶναι, non est quod miremur. Iam si datur hoc discrimen ab Aristotele hic neglectum esse, nemo erit, opinor, quin nostram lectionem admittendam censat: summsit enim Aristoteles vocem δίκαιος pro adiectivo quod substantivo suo (τῷ ἀνθρώπῳ) adhaeret, non pro eo quod de homine praedicatur, unde factum est ut brevitatis causa diceret va. 25 et 30 ἀνθρώπῳ pro δίκαιῳ ἀνθρώπῳ: δίκαιῳ enim adhaerere noluit, quippe quod facile intelligeretur e va. 21; quae quidem in scribendo negligentia haud levis est, neque tamen ab Aristotelis stilo abhorret. Excusatur autem eo, quod ἀνθρώπῳ quam δίκαιῳ scribere maluerit, quia in enuntiatione ἔστι δίκαιος ἀνθρώπος adiectivum δίκαιος non per se consistere ei videbatur, sed ita cohaerere cum substantivo, ut non per verbum ἔστι cum eo copularetur, sed etiam omisso verbo, quod non nisi cum ἀνθρώπος coniungeretur, ei adhaereret. Ceterum in dictione nihil est quod offendant, praeterquam quod τῷ οὐκ ἀνθρώπῳ non eo sensu accipitur quo poni solet ab Aristotele, ut in unam quasi notionem coalescat „Non-homo”, sed significant τῷ οὐ τοιούτῳ ἀνθρώπῳ, quod hoc loco ferendum putari, quoniam praecessit τῷ ἀνθρώπῳ (= τῷ δίκαιῳ ἀνθρώπῳ), quod cur hunc sensum habeat exposuimus.

19 b 26 ἐκ τῶν ὑπογεγραμμένων. Indicant haec verba aliter disposita fuisse sequentia atque nunc leguntur in codd. et edd. Sic 22 a 22, antequam tabulam ipsam apposuit, dicit Σαμασιώτης δὲ ἐκ τῆς ὑπογραφῆς ὡς λέγομεν. Similem figuram etiam nostro loco adscribendam esse et probat quod dixit va. 24 κατὰ τὸ στοιχεῖον (bene hoc observatum est in schol. quod dedimus p. 41 seq. e cod. Laurent. et ab Ammonio fol. 35 a contr. Ald. 1508. fol. ἐπιθέμενος οὖν (ὁ Ἀριστοτέλης) ἐπὶ διαγραφίματος


τὰς προτάσεις, ὅπερ καὶ ἡμεῖς ὑπετάξαμεν) et quae habemus vs. 35 τὰς κατὰ διάμετρον (de quibus v. Trdlbg. Elem. log. p. 69 seq.): etenim si uno tenore scribuntur omnia, non poterit explicari quid sit τὸ κατὰ διάμετρον. Quae figura adscribenda sit patet e vs. 31; locus enim Analyticorum quem dicit est 51 b 38, ubi τὸ Γ (τὸ εἶναι μὴ δίκαιον) ponitur ὑπὸ τὸ Β (τὸ μὴ εἶναι δίκαιον) et τὸ Δ (τὸ μὴ εἶναι μὴ δίκαιον) ὑπὸ τὸ Α (τὸ εἶναι δίκαιον). Tabula igitur hoc modo disponenda erit:


οὐκ ἔστιν οὐ δίκαιος ἄνθρωπος.  οὐκ ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος.

ἔστι δίκαιος ἄνθρωπος.  ἔστιν οὐ δίκαιος ἄνθρωπος.

Iam apparet quae sit duplex cuiusque enuntiationis oppositio quam commemoravit vs. 20: unamquamque enim enuntiationem lineis ductis coniunximus cum utrisque quae ei opponuntur. Figuram ipsam in contextum recipere nolimus, ne enuntiationum ordinem (vs. 28 seq. et vs. 34) immutare coacti essemus (quod enim dicit τούτου ἀπόφασις, id certe non impedit, quin ordo mutetur, quia τούτου referri potest et ad id quod praecessit et ad id quod sequitur), praesertim quum, si vs. 27 et 33 ipsas quas in contextu habemus enuntiationes ita disposuimus ut figura postulat, idem etiam vs. 38 sqq. faciendum sit, ubi hoc factum esse ab Aristotele non indicatur. Quod si autem nihil mutamus in contextu, aperte pugnare videntur inter se quae dicit ταῦτα μὲν . . . οὕτω τέτακται: nam non eodem ordine disposita sunt quae praecesserunt atque in Analyticis (51 b 38 sqq.): quae quidem difficultas alia ratione vix poterit tolli quam ut aut ordo enuntiationum vs. 28 sq. mutetur aut verba ταῦτα μὲν . . . τέτακται e contextu eiiciantur. Quum alterum utram ut facerem a me impetrare non potuerim, Aristotelis in scribendo negligentiae hoc tribuendum esse mihi persuasi, ut figuram, quam addere voluerit vs. 30 ante ταῦτα, ut ostenderet qualis esse deberet ordo enuntiationum, omiserit. Difficultas omnis remota esset, si pro τέτακται scriptum exstaret τετάχθω. — Praeterea notandum est Io. Philoponum (schol. 186 b 1) habuisse εἰρηται vs. 31, quod et Stephanum legisse probabile est (v. supra p. 42. ad 19 b 31) et versio Boethiana praebet: quare recepimus licet in vitis codicibus. Premit enim Philoponus ver-

bum *εἴρηται* et ex eo concludit Analytica prius ab Aristotele conscripta esse quam librum *περὶ ἑρμηνείας*: ab iis vero, qui hoc cum recepto librorum ordine pugnare viderent, *εἴρηται* in *λέγεται* mutatum esse videtur. Altera tabula priori similis haec est.

πᾶς ἐστὶν ἄνθρωπος δίκαιος.  *οὐ πᾶς ἐστὶν ἄνθρωπος δίκαιος.*

οὐ πᾶς ἐστὶν ἄνθρωπος οὐ δίκαιος.  *πᾶς ἐστὶν ἄνθρωπος οὐ δίκαιος.*

19b36 *ἐνδέχεται δὲ ποτέ*, quod de particularibus quae *προσδιορισμὸν* habent τὸν „*οὐ πᾶς*” intelligendum esse patet. Idem valet de indefinitis quae sunt *κατὰ διάμετρον* in priori tabula.

19b37 δύο post δὲ omisimus cum codd. *An*, Boethio et Ammonio (schol. 123b40 seqq. et not.), quem etiam in eo sequendum duximus, quod habet *προστεθέντος*, quod bene explicat. Ac primum quidem *προστεθέν*, quod etiam Boethius habet, non video quem sensum habere possit, non dico bonum, sed tolerabilem. Iul. Pacius vertit „Aliae autem similiter binae inter se opponuntur, quae pertinent ad non homo, tanquam ad subiectum quoddam additum”, quod ut ex istis verbis recte elicetur, primum quidem articulus deesse non posset *ἄλλαι δὲ δύο αἰ πρὸς . . .*, deinde praepositio *πρὸς*, quamquam fortasse ferri possit eo sensu accepta, quo saepius posita est in *Analyt.*, e. g. 35a27, tamen suspicionem movet, quia pendere videtur a participio *προστεθέν* quocum, si Pacium sequeris, non iungitur, denique *προστεθέν* accipi quidem poterit de eo quod praedicatur, non poterit de eo quod orationi subiectum est: subiectum enim dici deberet *τεθέν* vel *ὑποτεθέν*, non *προστεθέν*. Buhle vertit „Reliquae duae vero ratione τοῦ Non homo, ut subiecti cuiusdam appositi opponuntur”, quod aut non intelligo aut ineptum est: nam quae sequuntur enuntiationes vs. 38 seq. idem habent subiectum τὸ *οὐκ ἄνθρωπος*, ut „ratione habita τοῦ Non-homo” non oppositae sint, sed eadem. Ceterum etiam optimorum codicum vestigia veram lectionem produnt: dicit enim hoc. „Aliae autem opponuntur adiecto alio termino, qui praedicatur, ad Non-hominem, qui tanquam subiectum sumitur”. Quod iam saepius habuimus in Aristotele, deest pronomen indefinitum: neque esset, opinor,

qui haereret, si ille scripsisset προστεθέντος τινός πρὸς τὸ... vel ne quid omissum esse videatur, προστεθέντος explicare licet per προσθέσεως γενομένης. Genitivi absoluti nude positi saepius occurrunt apud Aristotelem: 160 a 11 ἐπισημαντέον ὅτι ἀναιρεῖται τεθέντος τὸ ἐν ἀρχῇ. 174 b 16 ἀνάγκη γὰρ... δόντος μὲν ἔλεγχον (γίνεσθαι), μὴ δόντος δὲ μηδὲ δοκεῖν φάσκοντος ἄδοξον, μὴ δόντος δὲ δοκεῖν δ' ὁμολογοῦντος ἔλεγχοιδές. 965 a 1 τὰ σώματα διγγανόντων ψυχεινότερα ἔστι τοῦ θέρους ἢ τοῦ χειμῶνος. 1281 b 13 τοῦτ' διαφέρουσιν οἱ σπουδαῖοι... τῷ συνῆχθαι τὰ διεσπαρμένα χωρὶς εἰς ἓν, ἐπεὶ κερωρισμένων γε κάλλιον ἔχειν τοῦ γεγραμμένου τουδὲ μὲν τὸν ὀφθαλμόν, ἕτερον δὲ τινος ἕτερον μόριον. De coel. 299 a 8 οὕτω δ' ἐχόντων οὐκ ἀνάγκη τὸ τῆς γραμμῆς μέρος γραμμὴν εἶναι.

20 a 1 πλείους οὐκ ἔσονται, si iis quas Aristoteles nominavit etiam adiunxerimus eas quae πᾶς et οὐ πᾶς cum subiecto Non-homine coniungant. Quae autem inde nascuntur enuntiationes re vera a prioribus illis diversae sunt et nequaquam ex illis suspensae (χωρὶς ἐκείνων). Vs. 3 pristinam lectionem προσχρώμεναι restituumus, item vs. 13 ubi priores edd. omnes habent μηδέις.

20 a 4 τὸ αὐτὸ... ὡς ἂν εἰ non sic sibi respondent ut usus loquendi postulat: sensus enim hic est. ἐπὶ τούτων τὸ ἴγλαινε καὶ βαδίζει τὸ αὐτὸ ποιεῖ οὕτω τιθέμενον ὅπερ ἂν ἐποίησε τὸ ἔστιν, εἰ προσήπτετο. Cf. 21 b 6. Similia occurrunt 352 a 15 ὥσπερ οὖν ἐπὶ τούτου τοῦ τόπου συμβέβηκεν ὄντος μικροῦ, ταῦτό δ' εἰ νομίζειν τοῦτο συμβαίνειν καὶ περὶ μεγάλους τόπους καὶ χώρας ὄλας. 756 a 17 ὥσπερ γὰρ καὶ τὸ τῶν ὀρνέων γένος ἐν ἐνίοις ἴσχει μὲν φᾶ ἀνευ κινήσεως, ὀλίγα δὲ καὶ ὀλιγάκις... τοῦτ' αὐτὸ συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν ἰχθύων, ἦττον δέ. 370 b 11 τὸν αὐτὸν γίνεται τρόπον ὥσπερ ὅταν πάλιν εἰς τὸνναντίον δρῆσῃ.

20 a 8 Verba τὸ οὐ suspicionem movent: explicant enim quod et facile intelligitur et aliis locis explicatione non dignum ab Aristotele habitum est: cf. 19 b 25 ὥστε καὶ ἡ ἀπόφασις.

20 a 10 δῆλον δὲ ἐκ τοῦδε. Manifestum est ex enuntiationibus indefinitis, quarum sequuntur exempla, negationem in ea enuntiatione quam proposuit vs. 7 non coniungendam esse cum voce πᾶς, sed cum eo quod subiectum est, ἀνθρώπος: etenim ut sibi respondent Homo sanus est et Homo non est sanus, sic quoque Non-homo sanus est et Non-homo non est sanus.

20b 15 λέγω δὲ ἔν . . . 1006a 32 λέγω δὲ τὸ ἔν σημαίνειν τοῦτο· εἰ τοῦτ' ἔστιν ἀνθρώπος, ἂν ἢ τι ἀνθρώπος, τοῦτ' ἔσται τὸ ἀνθρώπων εἶναι. διαφέρει δ' οὐθὲν οὐδ' εἰ πλείω τις φωνή σημαίνειν μόνον δὲ ὠρισμένα· τεθείη γὰρ ἂν ἐφ' ἑκάστῳ τῷ λόγῳ ἕτερον ὄνομα. λέγω δ' οἷον εἰ μὴ φωνή τὸ ἀνθρώπος ἔν σημαίνειν, πολλὰ δέ, ἂν ἑνὸς μὲν εἰς λόγος, τὸ ζῶον δέπουν. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι πλείους, ὠρισμένοι δὲ τὸν ἀριθμόν· τεθείη γὰρ ἂν ἴδιον ὄνομα καθ' ἑκάστον τῶν λόγων. εἰ δὲ μὴ τεθείη, ἀλλ' ἀπειρα σημαίνειν φωνή, φανερόν ὅτι οὐκ ἂν εἴη λόγος, et quae seq. Quod nostro loco dicit οὐκ ἔάν . . . hoc est. Non dico unum esse, si uno nomine complectamur quae non unam rem, sed plures significant quae nullo alio vinculo inter se coniunctae sint nisi quod uno nomine appellentur.

20b 22 ἢ ἐρώτησις ἢ διαλεκτικὴ . . . 72a 9 διαλεκτικὴ μὲν πρότασις ἢ ὁμοίως λαμβάνουσα ὁποτεροοῦν, quod 77a 36 dicit ἐρώτημα συλλογιστικόν καὶ πρότασις ἀντιφάσεως, cf. 24a 25: quare nostro loco dicit ἢ τῆς προτάσεως ἢ . . . sive petitur ut propositio prolata ipsa concedatur, sive ut detur altera utra enuntiationum oppositarum — namque hoc discrimen est inter πρότασιν et πρόβλημα, v. 101b 29 seq. — nihil enim interest utrum locum habeat, quoniam e respondente pendet quid affirmare velit, quid negare. 104a 8 ἔστι δὲ πρότασις διαλεκτικὴ ἐρώτησις ἑνδοξος. Ib. 12 εἰσὶ δὲ προτάσεις διαλεκτικαὶ καὶ τὰ τοῖς ἑνδόξοις ὅμοια καὶ ἀναντία κατ' ἀντίφασιν τοῖς δοκοῦσιν ἑνδόξοις εἶναι προτεινόμενα. 158a 14 οὐ δοκεῖ δὲ πᾶν τὸ καθόλου διαλεκτικὴ πρότασις εἶναι, οἷον τί ἔστιν ἀνθρώπος, ἢ ποσαχῶς λέγεται τάγαθόν; ἔστι γὰρ πρότασις διαλεκτικὴ πρὸς ἣν ἔστιν ἀποκρίνασθαι ναὶ ἢ οὐ. Idem significat nostro loco vs. 27. — Id autem (sic pergit vs. 24) quod respondetur ad quaestionem dialecticam non una erit enuntiatio, quia neque quod quaesitum est unum erat, quamquam quod respondetur uno verbo saepius exprimitur, de quo iam vs. 20 cogitavisse videtur, ubi dicit φωνὴ μὲν *μ*α. Iul. Pacius et Buhle ad vs. 26 conferrī volunt Top. VIII, 7, quod minime convenit: respicit enim ad prima capita Topicorum libri VIII: nam quod dicit vs. 26 περὶ αὐτῶν non est περὶ τοῦ μὴ *μ*α εἶναι μήτε τὴν ἐρώτησιν τὴν διαλεκτικὴν μήτε τὴν ἀποκρίσιν, quem sensum qui in istis verbis deprehendere sibi videatur ad sophisticos elenchos (167b 38 coll. 169a 6) potius quam ad To-

pic. VIII Aristotelem hoc loco respicere putare debet (cf. supra p. 42 schol. cod. Marc. ad 20b26): imo *περὶ αὐτῶν nihil est nisi hoc: ἡγουν περὶ τῆς ἐρωτήσεως τῆς διαλεκτικῆς καὶ τῆς ἀποκρίσεως.*

20b26 *ἄμα δὲ δῆλον . . .* Si quis vero quaerit ita, ut quod responderi debeat unum quidem sit, sed definitione data exponendum, unum quidem est et quod quaeritur et quod respondetur, quaestio vero non dialectica, quoniam quaestione dialectica non interrogatur quae sit hominis definitio, sed utrum haec sit hominis definitio an non sit: in causa est quod dicit 79a29 *ἢ τοῦ τί ἐστὶν ἐπιστήμη καταφάσεως, dialectica vero propositio ἀντιφάσεως μῦριον ὀποτερονοῦν.*

20b31 Delevimus comma ante *ὡς*, quia coniungenda videntur τὰ μὲν τῶν χωρὶς κατηγορουμένων. Eodem modo nominativus pluribus verbis interpositis separatus est a genitivo qui ex eo pendet 989a4 *οὐθεις γοῦν τῶν ὑστερον ἠξίωσες καὶ ἐν λεγόντων γῆν εἶναι στοιχείον.* 205a26 *οὐθεις τὸ ἐν καὶ ἀπειρον πῦρ ἐποίησεν οὐδὲ γῆν τῶν φυσιολόγων.* Similia habemus 865b10 *ἐνοπτρον γίνεται ἅπαν μᾶλλον ὑγρὸν χροῶς ὀλλγον ἢ πολὺ ὄν.* 1294a16 *ἢ μίξις στοχάζεται τῶν εὐπόρων καὶ τῶν ἀπόρων πλούτου καὶ ἐλευθερίας.* 1026a3 *οὐθενὸς γὰρ ἀνευ κινήσεως ὁ λόγος αὐτῶν.* 345b7 *οὐδ' ἂν ἢ σκιὰ πρὸς τοῖς ἀστροῖς εἶη τῆς γῆς.* 751b5 *τὴν μὲν ἀρχὴν τὸ ζῶον λαμβάνει ἐκ τοῦ λευκοῦ τῆς γενέσεως.* 347b27 *τὸ ὑπόλοιπον τοῦ ἐξαμιλιαντος ἐκ τῆς γῆς τὸ ὑγρὸν πυρός.* 361a10 *γίνεται προσιόντος μὲν ἢ ἀναθυμίασις τοῦ ὑγροῦ.*

20b35 *ἀλλ' οὐχί, εἰ . . .* Sophisma enim esset *παρὰ τὴν διαίρεσιν.* Idem exemplum habet 177b14.

20b39 Iul. Pacius vertit „Rursus si idem est album, etiam totum”. Sensus apertus est et loco conveniens, neque tamen video quomodo exprimi possit e verbis Aristotelis: nam τὸ λευκὸν αὐτό certe non idem est quod λευκὸν τὸ αὐτό. Boethiana versio omittit αὐτό, in commentario vero II. p. 420 (ed. Basil. 1570) „Quare, etsi haec iungas et ut unum praedices, verum est dicere de aliquo homine, quoniam homo albus est, sed homo qui albus est, verum est dicere de eo, quoniam albus est, quare etiam si haec iungas, erit praedicatio Socrates homo albus est”, quibuscum cf. schol. 128b7—9. Hunc verum loci sensum esse nemo negabit, qui ut exiret, comma non ponendum erat post αὐτό, sed ante αὐτό, quod fecimus.

Licebit igitur Aristotelis verba supplere in hunc modum: *κάλων εἰ τὸ λευκὸν ἀληθὲς χωρὶς κατηγορούμενον, ἀληθὲς ἔσται καὶ συντιθέμενον αὐτὸ (τὸ λευκὸν) καὶ τὸ ἄπαν (τὸ ἀνθρώπος λευκός), ὥστε . . .*

- 21 a 2 Verba *εἰς ἄπειρον* ex antecedentibus ante *ἔτι* addita esse explicationis gratia facile nobis persuasimus. In sequentibus optimos codd. secuti sumus: abundabat enim et alterum *Σωκράτης* vs. 3 et alterum *ἀνθρώπος* vs. 4: nam quod orationi subiectum est *ὁ Σωκράτης* mente repetitur ex antecedentibus. Dicit hoc. „Si de Socrate praedicatur et Socrates et homo, coniuncta quoque de eo praedicantur Socrates homo, et si de Socrate et homo praedicatur et bipes, etiam coniuncta de Socrate homo bipes”. Praetermisit quod inde colligitur, quoniam manifestum est, quod de Socrate praedicantur coniuncta Socrates homo bipes; hoc vero, quum omnia quae praedicantur iam eo contineantur de quo praedicantur, absurdum est. Haud mala est lectio quam Buhle exhibuit secutus vet. intp. lat. qui nihil habet nisi haec: „Amplius si enim Socrates est et homo et bipes et Socrates homo bipes est”, verumtamen in vitis codd. eam recipere non ausi sumus. Nostram lectionem Ammonius quoque videtur habuisse (schol. 128 b 19 — 26). Edd. priores omiserunt vs. 4 alterum *ἀνθρώπος*, quod ferri non posse docet explicatio quam dedimus (subiectum enim non est homo, sed Socrates), servaverunt alterum *Σωκράτης* vs. 3.
- 21 a 5 *εἴ τις ἀπλῶς*, si quis dicat coniuncta praedicari quaecunque seorsum, sine exceptione. Hac significatione *τῷ ἀπλῶς* (cf. Mich. Ephes. in nostris schol. ad 166 b 37) opponitur *τὸ ἔστιν ὡς*: 856 a 38 *οὐκ οὖν τὸ αὐτὸ κινεῖ ἀπλῶς, ἀλλ' ἔστιν ὡς*: quare *ἀπλῶς* est „utique, omnino”: 455 a 9 *ἀδύνατον δ' ἔστιν ἀπλῶς*. 115 b 29 *τὸ δ' ἀπλῶς ἔστιν ὃ μηδενὸς προστεθέντος ἔρεῖς ὅτι καλόν ἔστιν ἢ τὸ ἐναντίον*. Quare *τὸ ἀπλοῦν* 317 b 35 opponitur *τῷ κατὰ μέρος*, singulis rebus id quod dicitur „in abstracto”. 317 b 5 *τις μὲν γὰρ γένεσις ἐκ μὴ ὄντος τινός, οἶον ἐκ μὴ λευκοῦ ἢ μὴ καλοῦ, ἢ δὲ ἀπλῆ ἐξ ἀπλῶς μὴ ὄντος*, v. Wiesse l. p. 54 not., schol. p. 45 b 3, 11 b 34, 20 b 31.
- 21 a 9 *ἢ κατὰ τοῦ αὐτοῦ*, v. exemplum vs. 10; *ἢ θάτερον κατὰ θάτερον*, v. exemplum vs. 12.
- 21 a 16 *διὸ οὕτως τὸ . . .* Quare neque plus semel praedicatur idem ut albus (20 b 40), neque de homine homo animal vel homo bipes: alterum enim iam continetur altero.

21 a 18 *ἀληθὲς δὲ ἔστιν . . .* Optime Boethius p. 422 „Ordo autem se sic habet, dubitans enim dixit. Verum est autem aliquid dicere de aliquo compositae et connexae et rursus simpliciter, ut quendam hominem hominem aut quendam album hominem, an certe non semper”, et paullo ante „Hoc autem quasi dubitans dixit. Ita enim legendum est, quasi si dubitans diceret sic. Verum est autem dicere de aliquo compositum coniunctumque aliquid, ut de aliquo homine hominem aut de aliquo albo album, ita ut extra horum aliquid simpliciter praedicetur, an certe non semper”. Ex altero loco igitur colligi posse videtur Boethium vs. 20 legisse *ἢ τὸν τινὰ λευκὸν ἀνθρώπου* omissis verbis *ἀνθρώπου λευκόν*, quae addi solent, ex altero autem *ἢ τὸν τινὰ λευκὸν λευκόν*. Utrumque conciliabitur, si legimus, quod vs. 20 e cod. n dedimus *ἢ τὸν τινὰ λευκὸν ἀνθρώπου λευκόν*; sin autem vulgarem lectionem servamus, exemplum ipsum ei plane contradicit quod probare debet: sententia enim haec est. At certe erit aliquid quod de singulis rebus etiam seorsum praedicari poterit, ut homo de homine quodam vel de albo quodam homine album. Quare non video quomodo lectio vulgaris ferri possit: exempla enim probare debent, quod aliquid seorsum praedicari possit. Verisimile quidem est etiam alterum *ἀνθρώπου* delendum esse, quod non ausi sumus, ne quid audacius mutavisse videamur. Lectio vulgaris vero inde videtur originem habuisse, quod quis alterum exemplum ei quod praecessit simile esse debere putaret: quam quidem similitudinem ut efficeret, alterum *ἀνθρώπου* videtur addidisse. — De pronomine indefinito cum articulo coniuncto v. quae diximus ad 1 a 22.

21 a 21 Verumtamen seorsum aliquid praedicare non licet, si in eo quod subiecto orationis adiicitur, inest aliquid quod praedicato ita oppositum est, ut inde sequatur repugnantia quaedam, e. g. si mortuus homo dicatur homo. Vel exceptio (vs. 24), quam modo fecimus, rectius ita exprimitur, ut, si quae repugnantia sit inter id quod praedicetur et id de quo praedicetur, semper sit falsa enuntiatio, si non insit repugnantia, non utique vera: nam si e. g. dicitur Homerus est poeta, duo sunt quae de Homero praedicantur, „est” et „poeta”, neque tamen illud nudum de eo praedicatur, sed non nisi quateenus poeta esse dicitur.

21 a 29 Colligit ex iis quae praecesserunt. In quibus non inest

καὶ εἰ ἀδύνατον κατὰ τοῦ αὐτοῦ ἅμα ἀληθεύεσθαι τὰς ἀντικειμένης φάσεις. — Vs. 21 κατὰ... προστιθέμενα, h. e. κατὰ (per) τὰς προσθέσεις τοῦ εἶναι καὶ μὴ εἶναι.

21 b 23 Ritter (Gesch. der Phil. III. p. 90) „Dem Möglich-sein widerspricht nicht das Möglich-nicht-sein, sondern das Nicht-möglich-sein, welches sehr richtig daraus abgeleitet wird, dafs in den Sätzen, welche vom Möglichen handeln, das Sein nicht das Prädicat bildet, sondern zum Subject gehört und das Mögliche des Prädicat“, quod aut falsum est aut valde obscurum. Fefellit Ritterum quod Aristoteles dicit vs. 29 ὡς ὑποκειμενον γίνεται, neque hoc recte intellexit Biese I. p. 115 „immer muß man den Theil des Satzes „dafs es ist“ (verit enim δυνατόν εἶναι „möglich dafs es ist“) und „dafs es nicht ist“ als Subject ansehen“: sed verba ὡς ὑποκειμενον γίνεται non hoc sibi volunt quod εἶναι et μὴ εἶναι pro subiectis habenda sint, sed ita intelligenda sunt, ut iam cum verbis εἶναι et μὴ εἶναι non coniungenda sit negatio, sicut in aliis enuntiationibus omnibus non coniungi debebat cum subiecto orationis: negatio ita collocatur, ac si εἶναι et μὴ εἶναι subiecta essent orationis: quare 22a⁹ dicit τὸ μὲν εἶναι καὶ μὴ εἶναι δεῖ τιθέναι ὡς τὰ ὑποκειμενα... In quem errorem Aristoteles in hac re incurrerit exponemus ad 22a 14.

21 b 29 γίνεται, quod supervacaneum est, non posuit nisi ut in mentem nobis revocaret alterum γίνεται quod habuimus vs. 26, quod longius remotum est ab iis ad quae refertur. In sequentibus orationem turbavit, ut clarior fieret: bene procederet oratio, si omissa essent ὥσπερ... μὴ εἶναι vs. 31 et ὁμοίως οὐ δυνατόν vs. 32, quae, quamquam in iis quae modo dixit iam continentur, tamen expresse addidit, ut bene intelligerentur memoriaeque comprehenderentur. Praestare autem videtur alia hanc structuram explicandi ratio: comparationis quam fecit per ὥσπερ et οὕτως immemor de integro sermonem orditur inde a vs. 30, ita ut οὕτως quod praecessit non pertineat ad ea quae vs. 30 seq. leguntur, quamvis μὲν et δὲ quae sibi respondent hoc postulare videantur. Quod si igitur εἰσὶ, quod cod. f adiecit, in mente habemus, iam nihil orationem turbare videbitur praeter verba ὁμοίως αὐται vs. 32, quae cur addita sint in promptu est: abessent enim, si verba ἐπὶ τοῦ εἶναι δυνατόν καὶ εἶναι οὐ δυνατόν eum locum tenerent qui iis convenit ante προσθέσεις vs. 30: addidit igitur ὁμοίως αὐται (in-

tell. αὶ προσθέσεις, τὸ δύνασθαι καὶ τὸ ἐνδέχασθαι), ut patefaceret de quibus dicta essent quae sequuntur ἐπὶ τοῦ . . . οὐ δυνατόν.

21 b 34 Si Aristoteli tribuimus quae leguntur in edd. prioribus, mira in his inest loquacitas, quae quum Aristotele indignam iudicaverimus, non potuimus non uti auctoritate codicis B, quae vs. 34 et post ἀπόφασις non habet verba οὐ τὸ οὐ δυνατόν εἶναι ἀλλὰ et post μὴ εἶναι omisit verba καὶ τοῦ δυνατόν εἶναι οὐ τὸ δυνατόν μὴ εἶναι, ἀλλὰ τὸ μὴ δυνατόν εἶναι. Utraque servavit etiam Bkk., nobis iure videntur omitti: nam quae dicuntur de eo quod oppositum sit enuntiationi δυνατόν εἶναι, ea copiosius exposuit inde a vs. 18; quae cur hoc loco repetantur idonea causa inveniri vix poterit. Quid? quod ferri haec repetitio omnino non posse videtur propterea, quod particula δὲ vs. 34 aliter non poterit intelligi, nisi ut indicet iam transire Aristotelem ab iis quae dixerit de negatione enuntiationis δυνατόν εἶναι (vs. 23 seq.) ad ea quae dicenda sint de negatione enuntiationis δυνατόν μὴ εἶναι.

21 b 35 Post ἀλλήλαις addi solent verba αὶ τοῦ δυνατόν εἶναι καὶ δυνατόν μὴ εἶναι, quae per negligentiam excidisse in optimis libris non magis verisimile est quam vs. 33 post ἀπόφασις verba οὐ τὸ οὐ δυνατόν εἶναι ἀλλὰ: nihil enim in propinquo adest, quod scribentem probabile reddat ita erravisse, ut ista verba praeterierit. Deinde quum et ex iis quae statim sequuntur et ex iis quae iam dixit (cf. vs. 12) pateat de quibus enuntiationibus loquatur, brevitati qua uti solet convenire videtur quod ista verba omiserit: si vero et haec servantur et vs. 37 τὸ δυνατόν εἶναι καὶ δυνατόν μὴ εἶναι post τοιαῦτα, quis est qui haec excuset etiam in homine verboso?

22 a 10 ταῦτα, h. e. τὸ δυνατόν καὶ μὴ δυνατόν, τὸ ἀναγκαῖον καὶ μὴ ἀναγκαῖον κ. τ. λ.

22 a 13 ἀληθές . . . οὐκ ἀληθές. Haec addit, quia quod verum est in dicendo, id recte dicitur esse, quod falsum, non esse; v. 18 a 39 coll. 19 a 4: quare dicit 52 a 32 τὸ ἀληθές τῷ ἔστιν ὁμοίως τάττεται, unde factum est, ut iungat 48 b 3 τὸ εἶναι καὶ τὸ ἀληθές εἰπεῖν αὐτὸ τοῦτο.

Cap. 13. Quae valeat consequentia inter τὸ δυνατόν, ἐνδεχόμενον, ἀδύνατον et ἀναγκαῖον exponitur. b 29 Non quodcunque fieri potest, potest etiam non fieri.

22a 14 Ad *τιθεμένοις* Magentenus fol. 16 b (Ald. 1503) *ἐντεῦθεν τὸ διάγραμμα τῶν τεσσάρων σελίδων παραδίδωσιν*. Tamen locum tabulae, quum reliqui int'pp. de eo conspirent, mutare nolimus. In sequentibus Bkk. ubi codd. praebent *τῷ δυνατῷ εἶναι* s. *μὴ εἶναι* (vs. 15, 17, 19, 20, 34, 36, b 18, 24) et *ἐνδεχομένῳ* (a 17, 19, 21) servavit *δυνατὸν* et *ἐνδεχόμενον* invitis codd. optimis, qui in hac loquendi formula non habent *δυνατὸν* nisi b 14 et 23, *ἀναγκαῖον* b 29. Idem fecit Iul. Pacius, Buhle dativum ubique posuit. Equidem non video cur talis congruentia aequalitasque in his debeat inesse, quae aliis locis ab Aristotele minime observari soleat: v. 78 b 24 *ἔστω τὸ Α ζῶον, ἐφ' οὗ τὸ Β τὸ ἀναπνεῖν, ἐφ' ᾧ Γ τοῖχος*, in quibus equidem non assequor quid sit quod Aristotelem moverit, ut scripserit *τὸ Α*, deinde *ἐφ' οὗ τὸ Β*, denique *ἐφ' ᾧ Γ*. At causa in talibus rebus non debet quaeri, ne disputatio subtilior fiat et doctior quam verior. Codices igitur in his secuti sumus. Accedit quod quae Aristoteles tradidit de negatione *τοῦ δυνατὸν εἶναι* et similium in capite praecedenti stare non possunt. Etenim ambiguum est *τὸ δυνατὸν εἶναι*: nam aut infinitivus *εἶναι* pendet e voce *δυνατὸν*, ut *τὸ δυνατὸν εἶναι* idem sit quod *τὸ εἶναι δυνάμενον*, „id quod fieri potest” (idem quod significat *τὸ δυνατὸν* etiam omissio *εἶναι*), aut *δυνατὸν* et *εἶναι* ita coniuncta sunt in *δυνατὸν εἶναι* ut *ἄνθρωπος* et *εἶναι* in *ἄνθρωπον εἶναι*, quo quidem sensu *τὸ δυνατὸν εἶναι* idem est quod *τὸ δύνασθαι εἶναι*, „fieri posse”. Hanc ambiguitatem Aristoteles quum non viderit, factum est, ut tradiderit de negatione *τοῦ δυνατὸν εἶναι* quae legimus cap. 12. Error in quem incurrit facile apparet, si pro *δυνατὸν εἶναι* scribimus *δυνατὸν ἔστιν*: patet enim negationem enuntiationis *τὸ Α ἔστι δυνατὸν* non esse *τὸ Α ἔστιν οὐ δυνατὸν*, sed *τὸ Α οὐκ ἔστι δυνατὸν*. Miror neque Ritterum neque Biesium ambiguitatem vidisse et errorem qui ex ea nasci debet: namque alter *δυνατὸν εἶναι* utique vertit „Möglich-sein”, alter „möglich dafs es ist”. Utrum admiseris, evitatur ambiguitas quam Aristotelis verba habent: optime, ni fallor, redditur „möglich zu sein”. Error, quo Aristoteles se decipi passus est, effecit, ut cap. 13 non animadverterit quod interest inter *τῷ δυνατῷ εἶναι* et *τῷ δυνατὸν εἶναι*: namque patet ex iis quae diximus *δυνατῷ* non poni ex more Atticorum, quod Buhle voluit (hoc enim, quamquam 23 b 17 dicit

mus, τὸ ἀδύνατον erit consequens τοῦ ἀναγκαίου, quod absurdum est. Si contra concedimus τὸ δυνατόν esse consequens τοῦ ἀναγκαίου, ex prima serie nostrae tabulae apparet τὸ οὐκ ἀδύνατον et τὸ οὐκ ἀναγκαῖον esse consequentia τοῦ δυνατοῦ: erit igitur τὸ οὐκ ἀναγκαῖον consequens τοῦ ἀναγκαίου, quod haud minus absurdum. Haec igitur difficultas luculenter ostendit tabulam nostram non recte se habere. Iam ut quod in ea lateat vitium patefiat, exploremus quae enuntiatio ex iis in quibus inest τὸ ἀναγκαῖον, possit esse consequens τοῦ δυνατοῦ εἶναι: apparet enim ex iis quae modo exposuimus τὸ οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι non recte habitum esse pro consequenti τοῦ δυνατοῦ εἶναι. Pergit igitur sic vs. 17. Consequens autem τοῦ δυνατοῦ neque τὸ ἀναγκαῖον εἶναι esse potest neque τὸ ἀναγκαῖον μὴ εἶναι, quia illud (τὸ δυνατόν) et esse potest et non esse, horum vero (τοῦ ἀναγκαῖον εἶναι et τοῦ ἀναγκαῖον μὴ εἶναι) si alterum utrum verum est, non amplius incertum est utrum res sit an non sit. Quum igitur neque haec neque τὸ οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι consequentia esse posse τοῦ δυνατοῦ εἶναι demonstratum sit, reliquum est ut τὸ οὐκ ἀναγκαῖον μὴ εἶναι sit consequens: nihil enim absurdi exit, si τὸ ἀναγκαῖον est δυνατόν et si τὸ δυνατόν dicitur οὐκ ἀναγκαῖον μὴ εἶναι, imo tollitur etiam diversitas quam habebat consequentia τοῦ ἀναγκαίου quae exposita est a 38 sq. Enuntiatio enim, quam nunc ponendam demonstravimus sub τὸ δυνατόν εἶναι (τὸ οὐκ ἀναγκαῖον μὴ εἶναι dicit), repugnat ei quae est consequens τοῦ οὐκ δυνατοῦ εἶναι: ut in reliquis igitur sic etiam in iis quae habent τὸ ἀναγκαῖον, repugnantium sunt consequentes et e regione collocatae. Vix est quod expresse notemus τοῦ δυνατοῦ μὴ εἶναι sic fieri consequens τὸ οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι. — Vs. 25 ἐκείνω est τῷ οὐκ δυνατόν εἶναι.

2 b 29 Nova difficultas inde oritur, quod, si quis neget τὸ δυνατόν esse consequens τοῦ ἀναγκαίου, concedat necesse est negationem τοῦ δυνατοῦ esse consequens, ut aut τὸ οὐκ δυνατόν contendat consequens esse τοῦ ἀναγκαίου, quod absurdum est, aut τὸ δυνατόν μὴ εἶναι (si hoc negationem esse dicat τοῦ δυνατοῦ εἶναι), quod non minus absurdum est; τὸ ἀναγκαῖον enim dicitur ἀδύνατον μὴ εἶναι: sin aiat (vs. 33), τὸ ἀναγκαῖον erit δυνατόν καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι; demonstravimus enim etiam non fieri posse quod possit fieri. Utrum

igitur sumat, absurdi aliquid sequitur. Quae quidem difficultas ita tollitur, ut non omnia quae fieri possint, ea etiam non fieri posse dicamus.

22 b 38 *πρῶτον μὲν . . .* Primum id quod rationis est expers, deinde quod dicitur fieri posse, quia iam factum est. Nihil sequitur quod respondeat voci *πρῶτον*, alterum vero orationis membrum quod per istam vocem promittitur incipit 23 a 6 *ἔναι δὲ . . .* — *κατὰ λόγον δυνατῶν*: 1046 a 36 *ἐπεὶ δ' αἱ μὲν ἐν τοῖς ἀψύχοις ἐνυπάρχουσι ἀρχαὶ τοιαῦται, αἱ δ' ἐν τοῖς ἐμψύχοις καὶ ἐν ψυχῇ καὶ τῆς ψυχῆς ἐν τῷ λόγον ἔχοντι, δῆλον ὅτι καὶ τῶν δυνάμεων αἱ μὲν ἔσονται ἄλογοι, αἱ δὲ μετὰ λόγου . . . καὶ αἱ μὲν μετὰ λόγου πᾶσαι τῶν ἐναντιῶν αἱ αὐταί, αἱ δ' ἄλογοι μὴ ἐνός, οἷον τὸ θερμὸν τοῦ θερμαίνειν μόνον, ἢ δὲ ἰατρικὴ νόσου καὶ ὑγίειας. αἴτιον δὲ ὅτι λόγος ἔστιν ἢ ἐπιστήμη, ὁ δὲ λόγος ὁ αὐτὸς δηλοῖ τὸ πρᾶγμα καὶ τὴν στέρησιν, πλὴν οὐχ ὡσαύτως καὶ ἔστιν ὡς ἀμφοῖν, ἔστι δ' ὡς τοῦ ὑπάρχοντος μᾶλλον, cf. 1047 b 31 sq., 1050 b 31 — 34. Ceterum quid sit *δύναμις* apud Aristotelem v. met. Δ, 12. Trdlhg. de an. p. 295 sq., Biese I. p. 474 sq., 479 sqq. Quibus adiicimus quod *δύναμις* saepius ita ponitur, ut idem sit quod *φύσις*: 681 a 11 *οὔτοι γὰρ (οἱ σπόγγοι) κάμπαν ἔχουσι φντοῦ δύναμιν. 756 a 1 ἄτοπον δὲ καὶ τὸ μὴ ἐν παντὶ γένει ταύτην εἶναι τὴν δύναμιν, ὥσπερ ἐν τοῖς ζωότοκοις τὸ μὲν ἀρῶεν τὸ δὲ θῆλυ, quod explicatur 765 b 9 τὸ ἀρῶεν καὶ τὸ θῆλυ διώρισται δυνάμει τινὶ καὶ ἀδυναμίᾳ. 761 b 25 ἢ δὲ τῶν ὀστρακοδέρμων συνίσταται φύσις τῶν μὲν αὐτομάτως, ἐνίων δὲ προϊεμένων τινὰ δύναμιν ἀφ' αὐτῶν. Alium locum, quo *δύναμις* non additum est nisi ut circumscribat ipsam rem cuius est *δύναμις*, dedimus ad 2 a 11.**

23 a 3 *ἔνια μέντοι . . .* Recte hoc intellexit Iul. Pacius de patiendi facultate, cuius exemplum dedit 22 b 34: nam quae pati possunt, ea idem etiam possunt non pati. 1046 a 19 *φανερὸν οὖν ὅτι ἔστι μὲν ὡς μὴ δύναμις τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν . . . ἔστι δ' ὡς ἄλλη. ἢ μὲν γὰρ ἐν τῷ πάσχοντι· διὰ γὰρ τὸ ἔχειν τινὰ ἀρχὴν καὶ εἶναι καὶ τὴν ἕλην ἀρχὴν τινὰ πάσχει τὸ πάσχον καὶ ἄλλο ὑπ' ἄλλου . . . ἢ δ' ἐν τῷ ποιοῦντι, οἷον τὸ θερμὸν καὶ ἢ οἰκοδομική. Quum igitur loquatur de facultate patiendi, non mirum est quod de coel. 281 b 20 dicitur *δύναμιν ἔχειν τοῦ μὴ εἶναι*, ubi *δύναμιν ἔχειν* non sensu pro-*

prio accipi debebit de facultate aliqua, sed nihil est nisi quod simplicius dicitur *δύνασθαι*.

23 a 5 *ἀλλὰ τοῦτο μὲν*. Quod 22 b 36 dicere videbatur de omnibus facultatibus quae rationis expertes sunt, id non de omnibus intelligendum est, sed non dictum est nisi ut exemplum proponeretur, *ὅτι οὐ πᾶσα δύναμις τῶν ἀντικειμένων*, neque enim de iis omnibus accipiendum est quae sunt *κατὰ τὸ αὐτὸ εἶδος*. Quid hoc sit patet ex iis quae sequuntur: opponuntur enim quae *δμωνύμως* dicuntur *δυνάμεις*, h. e. quae non proprie dicuntur facultates; nam si quid factum est, id non proprie dicitur *δυνατόν*: quare *κατὰ τὸ αὐτὸ εἶδος* dicuntur *δυνατά* quae veram et propriam *τοῦ δυνατοῦ* speciem nondam exuerunt s. quae nondum pervenerunt ad *ἐνέργειαν*.

23 a 11 *καὶ αὕτη . . .* Quod proprie dicitur *δυνατόν*, id locum non habet nisi *ἐν τοῖς φθαρτοῖς*: quod dicitur *δυνατόν ὡς ἐνεργούν* etiam in iis quae necessario eveniunt (*ἐν τοῖς αἰδιόοις*, 203 b 30 *ἐνδέχασθαι γὰρ ἢ εἶναι οὐδὲν διαφέρει ἐν τοῖς αἰδιόοις*): quare *τὸ δυνατόν* latius patet quam *τὸ ἀναγκαῖον* et est eius consequens, sed quoniam etiam ea complectitur quae non perveniunt ad *ἐνέργειαν*, non universum consequitur. 32 a 20 *τὸ γὰρ ἀναγκαῖον δμωνύμως ἐνδέχασθαι λέγομεν*.

23 a 13 Ammonius (schol. 134 b 12) et *μη ἀδύνατον* in codd. reperit et *δυνατόν*. Utrumque eodem fere reedit: nostros igitur libros secuti sumus. Psellus (fol. 17 extr. Ald. 1503) nostram lectionem alteri praetulit.

23 a 18 Delibat quaedam de prima philosophia, unde factum est, ut quasi dubitans adiecerit *ἴσως*.

23 a 24 *πρώτην οὐσίαν* non eam intelligit quam in Categoriis, sed quam in Metaphys. 1037 a 28, 1032 b 2, quem loc. v. ad 2 a 11, cf. schol. 33 a 36 sqq.

Cap. 14. Contrarias enuntiationes eas esse docet, quae idem de eodem affirmant et negent.

Ad ea quae hoc capite exposuit respicere videtur in Metaphys. 1005 b 28, ubi pro concesso sumit quod *ἐναντία ἐστὶ δόξα δόξη ἢ τῆς ἀντιφάσεως* et in Top. 104 a 33 *ἐν τοῖς ὑπὲρ τῶν ἐναντίων λεγομένοις ῥηθῆσεται*: neque tamen inde colligere licebit, quod suo loco collocata sint quae in hoc capite disputat. Iustam causam cur assentiendum sit interpretibus (schol.

[The following text is extremely faint and largely illegible due to heavy noise and low contrast. It appears to be a multi-paragraph document, possibly a report or memorandum, with several lines of text per paragraph. Some words are barely discernible, but the overall structure suggests a formal communication.]

[Illegible text line 1]

[Illegible text line 2]

[Illegible text line 3]

[Illegible text line 4]

[Illegible text line 5]

[Illegible text line 6]

[Illegible text line 7]

[Illegible text line 8]

[Illegible text line 9]

[Illegible text line 10]

[Illegible text line 11]

[Illegible text line 12]

[Illegible text line 13]

[Illegible text line 14]

[Illegible text line 15]

[Illegible text line 16]

[Illegible text line 17]

[Illegible text line 18]

[Illegible text line 19]

[Illegible text line 20]

[Illegible text line 21]

[Illegible text line 22]

[Illegible text line 23]

[Illegible text line 24]

[Illegible text line 25]

[Illegible text line 26]

[Illegible text line 27]

[Illegible text line 28]

[Illegible text line 29]

[Illegible text line 30]

[Illegible text line 31]

[Illegible text line 32]

[Illegible text line 33]

[Illegible text line 34]

[Illegible text line 35]

[Illegible text line 36]

[Illegible text line 37]

[Illegible text line 38]

[Illegible text line 39]

[Illegible text line 40]

[Illegible text line 41]

[Illegible text line 42]

[Illegible text line 43]

[Illegible text line 44]

[Illegible text line 45]

[Illegible text line 46]

[Illegible text line 47]

[Illegible text line 48]

[Illegible text line 49]

[Illegible text line 50]

[Illegible text line 51]

[Illegible text line 52]

[Illegible text line 53]

[Illegible text line 54]

[Illegible text line 55]

[Illegible text line 56]

[Illegible text line 57]

[Illegible text line 58]

[Illegible text line 59]

[Illegible text line 60]

[Illegible text line 61]

[Illegible text line 62]

[Illegible text line 63]

[Illegible text line 64]

[Illegible text line 65]

[Illegible text line 66]

[Illegible text line 67]

[Illegible text line 68]

[Illegible text line 69]

[Illegible text line 70]

[Illegible text line 71]

[Illegible text line 72]

[Illegible text line 73]

[Illegible text line 74]

[Illegible text line 75]

[Illegible text line 76]

[Illegible text line 77]

[Illegible text line 78]

[Illegible text line 79]

[Illegible text line 80]

[Illegible text line 81]

[Illegible text line 82]

[Illegible text line 83]

[Illegible text line 84]

[Illegible text line 85]

[Illegible text line 86]

[Illegible text line 87]

[Illegible text line 88]

[Illegible text line 89]

[Illegible text line 90]

[Illegible text line 91]

[Illegible text line 92]

[Illegible text line 93]

[Illegible text line 94]

[Illegible text line 95]

[Illegible text line 96]

[Illegible text line 97]

[Illegible text line 98]

[Illegible text line 99]

[Illegible text line 100]

ea esse, qua quod contrarium est praedicatur. — Alterum membrum orationis quod promisit per particulam *μὲν* v. 30 omis- sum est; quod si quis supplere velit, sic faciendum videtur: *ἔστι μὲν ψευδὴς ἢ τῇ ἀληθείᾳ ἀντικειμένη, ἐναντία δὲ αὐτῇ οὐκ ἔστιν οὕτως ὥστε κατηγορεῖσθαι τὸ ἐναντίον.*

23 b 32 Denique negationem contrariam esse affirmationi demon- strat ex eo, quod etiam enuntiationi Non bonum est non bonum alia non possit esse contraria nisi quae dicit Non bo- num est bonum.

23 b 39 Ammonius (schol. 138 b 20) Alexandrum praeter nostram lectionem aliam habuisse refert: *οὐκ ἀληθὴς γὰρ αὐτή*, quam ab Ammonio non recte explicari patet. Sive enim nostram ser- vas sive alteram praefers, illa verba de enuntiatione Non bo- num non est malum intelligenda erunt, quae et vera dici poterit de iis quae neque bona sunt neque mala (quare, quum simul cum illa vera sit enuntiatio altera Non bonum non est bonum, huic non potest esse contraria) et non vera de iis quae mala sunt (sed neque haec poterit esse quam quae- rimus enuntiatio contraria, quia simul cum altera enuntiatione Non bonum non est bonum vera esse potest, si in utra- que Non bonum intelligitur de iis quae neque bona ne- que mala sunt). Apparet ex iis quae diximus non sine arti- ficio quodam alteram lectionem explicari posse, quae si vera esset, non possem non mirari, quod non dixisset *οὐκ ἀληθὴς μὲν γὰρ αὐτή, ἅμα δὲ καὶ ταῦτα ἂν εἴη.*

24 a 3 Quod docuit de enuntiationibus indefinitis ad universales transfert.

24 a 4 *ἐναντία*, intell. *τῇ καθόλου καταφάσει.*

24 a 7 Servavimus *ὅτι*, quamquam repetitur vs. 8: nam stilo Ari- stotelis haec negligentia videtur convenire. Ammonius (schol. 139 a 8) scribit *ὅ τι ἂν εἴη*, quae, quamvis placerent, si essent in codd., in contextum recipere nolimus.

24 b 7 Quod dedimus *ἀντίφασιν* etiam Ammonius videtur habuisse, v. schol. 139 b 13. — Sententia eorum quae sequuntur haec est. Contrariae enuntiationes repugnantia praedicant de eodem, enuntiationes veras autem (*ταῦτα δέ*, h. e. *τὰ ἀληθῆ*) simul asserere licet: quum igitur verae enuntiationes simul pronun- tiari possint sine repugnantia, contrariae non simul possint, vera enuntiatio verae non erit contraria.

ANALYTICA PRIORA.

Ios. Blaucanus (Aristot. loca mathem. Bonon. 1615. p. 36) allata Pappi (lib. VII. collect. math.) definitione „Resolutio est via a quaesito tamquam concessio per ea quae ex ipso consequuntur ad aliquod certum et concessum” Analytica inscripta dicit ab Aristotele Euclidis exemplum sequente, „quod tradant methodum qua valeamus quaesitum quodvis resolvere, i. e. ex quaesito tamquam vero investigare aliquam veritatem, per quam deinde propositae quaestionis rationem methodo compositiva reddamus”: cum quibus conveniunt quae habet Aristoteles 49 a 19: *ἀνάλυσιν* enim dicit fieri, quum singulos terminos investigamus eosque ita disponimus, ut inde colligatur data conclusio: eodem sensu 47 a 4 plenius dicit *τοὺς γεγενημένους (συλλογισμοὺς) ἀναλύειν εἰς τὰ προειρημένα σχήματα*. Latius patere doctrinam Analyticam voluit Kantius (Kritik der reinen Vernunft p. 60) dicens: „Die allgemeine Logik löst nun das ganze formale Geschäft des Verstandes und der Vernunft in seine Elemente auf, und stellt sie als Principien aller logischen Beurtheilung unserer Erkenntnifs dar. Dieser Theil der Logik kann daher Analytik heißen” et quae seq. p. 65 „Die Analytik ist die Zergliederung unseres gesammten Erkenntnisses a priori in die Elemente der reinen Verstandeserkenntnifs”. De nomine et fine Analyticorum v. Trdlbg. Elem. logices p. 47 sq. — Etiam a Brandisio (Ueber die Reihenfolge der Bücher des Organon. Abhh. der Berl. Akad. 1833. Hist.-phil. Kl. p. 261 not. et p. 263), qui *πρότερα* et *ὑστερα* Analytica putat inscripta esse inde, quod Aristoteles Anal. post. II, 12 dicat *δέδεικται δὲ τοῦτο ἐν τοῖς πρώτοις*, titulus *Ἀναλυτικὰ* Aristoteli vindicatur. Plerumque *πρότερα* appellantur ab intpp., hic illic etiam *πρῶτα*, v. Philop. in schol. 38 b 3. Gumposch (Ueber die Logik und logischen Schriften des Arist. Lpz. 1839) priora Analytica

inscribenda putat *περὶ συλλογισμοῦ*. At primum quidem obstat veterum intpp. auctoritas: nam Alexander, Philoponus, alii aperte dicunt *ἐπέγραψεν Ἀναλυτικά*, Davides (schol. 17 a 24) *ἔγραψεν Ἀναλυτικὰ βουλόμενος περὶ συλλογισμῶν ἐπιγράψαι, ἐπειδὴ περὶ συλλογισμοῦ διαλαμβάνει ἐκεῖ*. Deinde haud probabile est titulum facilem ad intelligendum et perspicuum *περὶ συλλογισμοῦ* ita mutatum esse in titulum obscurum et difficilem *Ἀναλυτικά*, ut ne vestigium quidem exstat unde colligi liceat alterum esse antiquiorem. Quod vero ipse Aristoteles 73 a 14 et 77 a 33 ad Analytica priora respicit, quae significat verbis *ἐν τοῖς περὶ συλλογισμοῦ*, id non tantam auctoritatem habet, ut titulus mutandus sit. Etenim non video cur Analytica magis inscribenda sint *περὶ συλλογισμοῦ* quam *ἀνάλυσις περὶ τὰ σχήματα*, quod habetur 91 b 13: nam verba *ἐν τοῖς περὶ συλλογισμοῦ* non significant librum qui „De syllogismo” inscriptus sit, sed nihil sibi volunt nisi hoc „in iis quae de syllogismo disputavimus”. Accedit quod Ritter (Gesch. d. Phil. III. p. 21 not. 1) probavit eundem librum non eodem semper titulo Aristotelem significare. Sic 539 a 20 dicit *ἐν τῇ θεωρίᾳ τῇ περὶ φυτῶν*, 467 b 4 *ἐν τοῖς περὶ φυτῶν*. 456 a 29 *ἐν τοῖς προβληματικοῖς*, 470 a 18, 747 b 5 *ἐν τοῖς προβλήμασιν*. 1067 a 9 *ἐν τῇ μεθόδῳ τῇ τῶν φυσικῶν*, 1062 b 31, 267 b 21 *ἐν τοῖς φυσικοῖς*, 983 a 33, 985 a 12 *τὰ περὶ φύσεως*, 257 b 1 *ἐν τοῖς καθόλου περὶ φύσεως*. 194 a 36 *ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας*, 700 b 9 *ἐν τοῖς περὶ τῆς πρώτης φιλοσοφίας*. Quare ex ipsis Aristotelis verbis vix quidquam colligere licebit de titulis librorum, praesertim quum non totius libri titulum nominare soleat, ubi ad alia scripta nos delegat, sed vel partes, quas non inscripsit, nominet vel ipsam rem, de qua in alio libro disputaverit.

Lib. I. Cap. 1. Qua de re disputetur in Analyticis. 16 Quid sit propositio. Eius species. b 16 Quid sit terminus, 18 quid syllogismus, 22 perfectus et imperfectus. 26 Quid dicatur in toto, 28 de omni, 30 de nullo.

24 a 10 *πρῶτον εἰπεῖν*. Similiter infinitivus ponitur 1308 b 11 — 19 *κοινὸν δὲ καὶ . . . ἐν πάσῃ πολιτείᾳ μὴθ' αὐξάνειν λίαν μηδένα παρὰ τὴν συμμετρίαν*, h. e. *ὅτι οὐ γοῆ αὐξάνειν*, et quae seq. 1297 b 6 *τοῦ δὲ τιμήματος τὸ πλῆθος ἀπλῶς μὲν ὀρισσαμένους οὐκ ἔστιν εἰπεῖν τοσοῦτον ὑπάρχειν, ἀλλὰ σκεψαμένους τὸ ποῖον ἐπιβάλλει μακρότατον . . . τοῦτο τάτ-*

των, ubi δαὶ repetitur ex eo quod praecessit οὐκ ἔστιν. —
 αἰτίης τινός aut est quaestio de aliqua re instituta aut quaestio
 ab aliquo vel instituta vel instituenda, quod hic locum ha-
 bet. Primum, inquit, dicendum est de qua re et cuius sit
 quaestio, h. e. ad quem pertineat sive a quo habenda sit. Ean-
 dem vim genitivus habet 68b4 μάλλον ἄρα ὁ ἔρως ἐστὶ τῆς
 φιλίας ἢ τοῦ συνεῖναι: non recte igitur Pacius τινός vertit
 „cuius causa”, neque Zell „worauf diese Betrachtung geht und
 was ihr Gegenstand ist”. Meliora edoceri poterant ab Ale-
 xandro qui Aristotelis sententiam interpretatur εἶναι περὶ μὲν
 ὑποκειμένου ἐπόδειξιν θεωρούσης δὲ ταύτην τῆς ἐποδεικτι-
 κῆς ἐπιστήμης: unde patet reiiciendam esse alteram lectionem
 quam commemorat ἐπιστήμην ἐποδεικτικὴν.

24a16 πρότασις. De voce ipsa v. schol. 96b25, Trübgr. Elem.
 log. p. 32, Biere L. p. 126 not. 2, Appulei. Periberrm. 631 (ed.
 Flor.) „Est una inter has (orationes) ad propositum petitionis
 quae pronuntiabilis appellatur, absolutam sententiam compre-
 hendens sola ex omnibus veritati aut falsitati obnoxia, quam
 vocat Sergius effatum, Varro proloquium, Cicero constantiam,
 Graeci πρότασις, tum ἀξίωμα, ego verbum a verbo tum pro-
 positionem tum rogramentum, familiarius tamen dicitur propo-
 sitio”. Apparet non satis distinctivae Appuleianae inter ἀπόφασις
 et πρότασις. Ib. 643 dicit „Acceptio est propositio quae con-
 ceditur a respondente” et paulo ante „dico illustrationem” (con-
 clusionem intell.) „quod ex acceptionibus colligitur et infer-
 tur”. Stoici ἀξίωμα appellabant quod Aristoteles πρότασις.
 Varro, cuius magister Aelius librum scripsit de proloquio, vol-
 didit „prolatum, proloquium”, Cicero „propositionem”, quae
 melius, inquit, invenere. Praeterea Gellius XVI, 8 tradit de-
 finitionem Varrois „Proloquium est sententia in qua nihil de-
 sideratur” et aliam, quam in graecis libris invenimus dicit „ἡ-
 κπὸν αὐτοτελὲς ἀποφαντὸν ὄσον ἐφ’ ἑαυτῶ”. Aristot. III b29
 διαφέρει δὲ τὸ πρόβλημα καὶ ἡ πρότασις τῆς πρόσεως: non il-
 lud profertur per duplicem quaestionem, haec per simplicem
 (aliam sensum τρεῖς habet 1147a1, ubi δὲ τρεῖς τῶν
 προσησῶν distinguat, τὴν καθόλου καὶ τὴν κατὰ μέρος. Eff-
 fert ab his qui dicitur τρεῖς τῆς προσησῶν ab Anaximandri
 (schol. 130a29): idem est enim quod appellat eunt ἄλλῃ τῆς
 προσησῶν, v. schol. 113a29 et Georg. Pachymon. epitomam
 log. (Oxon. 1666 p. 36). Aristoteles ubi sententiam et syllogismum

quodam oriri docet, propositionem minorem vocat vel *ἑτέραν πρότασιν* 1143 b 3, vel 1147 b 9 *τελευταίαν πρότασιν*, quippe qua ad singula descendimus eaque universali propositioni subiecta esse cognoscimus; v. Ritter et Preller *Histor. philosophiae graeco-romanae ex fontium locis context.* Hamb. 1838 p. 253. Ex propositionibus nascitur conclusio, quod quomodo intelligendum sit videmus 1013 b 20 *αὶ ὑποθέσεις τοῦ συμπεράσματος ὡς τὸ ἐξ οὗ αἴτια*. De propositione nostro loco prius agit quam de termino, quia ὄρος vox nova esse et Aristoteli propria, quae legentibus obscurior esse debebat: quare etiam dicit b 16 *ὄρον δὲ καλῶ εἰς ὃν διαλύεται πρότασις*.

24 a 19 Pro *μὴ τινὶ* clarius dixisset *τινὶ μὴ*. Idem est 26 b 32 coll. 59 b 10, 163 b 26 seq. Sibi opponuntur *τινὶ ὑπάρχειν* et *μὴ τινὶ ὑπάρχειν*, ut *μὴ* referendum sit ad *ὑπάρχειν*: namque nemo haereret, si scripsisset *τινὶ ὑπάρχειν ἢ μὴ τινὶ ἢ μὴ παντί*. Quare Zell 32 a 35 recte vertit „nicht jedem”, non recte nostro loco „nicht einigen”, imo dicendum erat „einigen nicht”: nam *τινὶ μὴ* idem est quod *οὐ παντί*, v. 26 a 37, b 4, schol. 154 a 44. Propositionem particularem dicit eam, qua enuntiatur aliquid aut „de aliquo” aut „de aliquo non” sive de „non omni”. In exemplis propositionis indefinitae vs. 21, quae idem valet quod particularis, articulos *τῶν* et *τῆν*, si omissi essent, nemo desideraret.

24 a 25 Dialectica propositio e quaestione gignitur. Demonstrativam sumit qui demonstrat, dialecticam accipit quam vult alter, v. quae diximus ad 20 b 22. *ἐρώτησις* similiter positum est pro iis quae e quaestione nascuntur, sicut *διαίρεσις* 1002 a 19 pro iis quae sunt *ἐξ διαίρεσεως*. Sic *ἀντίφασις* significat ea quae sunt *κατ' ἀντίφασιν* 17 b 26, 1018 a 20; *ἐναντιώσις* 422 b 23 ea quae sunt *ἐναντία*; *ἐπαναδίπλωσις* 717 a 33, 718 a 11 et 16 *τὰ ἐπαναδιπλούμενα*; *σύνθεσις* 722 a 30 et 33 *τὰ συντιθέμενα*; *σύνδεσμος* 1457 a 29 *τὰ συνδεδεμένα*; *σύστασις* 654 b 30, de coel. 269 a 31 *τὰ συννεστώτα*, Biese I. p. 76 not. 3 „die innere Vereinigung der einzelnen Theile des Organismus”, imo partes ipsas significat quae coniunctae sunt. — *οὐδὲν δὲ διόλσει* . . . Ad ipsum syllogismum non attinet, quid intersit inter dialecticam propositionem et demonstrativam, quia ut syllogismus fiat, non quaeritur quo iure praedicetur alterum de altero, sed nihil requiritur, nisi ut praedicetur: quare *ἀπλῶς* (vs. 28) interpretari licet „ganz allgemein”, h. e. discriminis quod est
I.

inter dialecticam propositionem et demonstrativam non habita ratione.

- 24 a 30 αὶ ἐξ ἀρχῆς ὑποθέσεις sunt ἀξιώματα, quorum veritas, quam demonstrari nequeat, per se manifesta est, v. 72 a 17 ἦν δ' ἀνάγκη ἔχειν τὸν ὁτιοῦν μαθησόμενον ἀξίωμα (καλῶ).
- 24 b 16 ὅρον δὲ καλῶ. Biese I. p. 128 „Die Umgrenzung, welche der Begriff durch die ihm eigenthümlichen Momente in sich enthält, wird ὅρος genannt". Iul. Pacius melius, quamquam minus docte, ita explicat, ut ὅρος dictus sit a terminando propositionem, quae saepius ab Aristotele appelletur *διάστημα*: nam ut puncta lineam, sic ὅροι propositionem definiunt, ut propositio terminis contineatur iisque circumscribatur, tanquam certis finibus (τοῖς ἄκροις), v. Trdlbg. Elem. log. p. 85. De partibus propositionis monendum est, quod Appuleius (634 ed. Flor.) eas ita distinguit, ut unam dicat subiectivam „velut subditam", alteram declarativam. Eo sensu quo cepit Biese ὅρος idem est quod ὁρισμός, v. 101 b 39, 1030 a 8: quare dicitur ὅρος τῆς οὐσίας 1449 b 23, quod idem est quod λόγος τῆς οὐσίας. Unde fit, ut ὅρος appelletur quodcumque cum natura alicuius rei coniunctum est, Biese I. p. 286 not. „eine wesentliche Bestimmung, die sich aus dem Begriffe des Gegenstandes ergibt": 1294 a 10 ἀριστοκρατίας ὅρος ὁ πλοῦτος. 766 a 32 τῆς δὲ δυνάμεως ὅρος καὶ τῆς ἀδυναμίας τὸ πεπτικὸν εἶναι ἢ μὴ πεπτικὸν τῆς ὑστάτης τροφῆς. Significat igitur ὅρος rem vel conditionem, sine qua aliquid fieri nequit. 732 b 32 τῆς δὲ θερμότητος τῆς φυσικῆς ὅρος ὁ πλεῦμαν. 1271 a 35 ὅρος τῆς πολιτείας οὗτός ἐστιν αὐτοῖς τὸν μὴ δυνάμενον τοῦτο τὸ τέλος φέρειν μὴ μετέχειν αὐτῆς. Idem est διορισμός 66 b 17. Principali significatione ὅρος idem est quod τὸ ὄριζον: 4 b 26 τῶν μὲν γὰρ τοῦ ἀριθμοῦ μορίων οὐδεὶς ἐστὶ κοινὸς ὅρος. 261 a 34 γενέσει μὲν καὶ φθορᾷ τὸ ὄν καὶ τὸ μὴ ὄν ὅροι: unde factum est, ut ὅρος idem sit quod τέλος et sensu proprio acceptum et κατὰ μεταφοράν: 923 b 3 πᾶσιν ὅρος ἢ τοῦ σπέρματος τελείωσις, et quod σημεῖον 1294 b 15 τοῦ δ' εὖ μῦχθαι δημοκρατίαν καὶ ὀλιγαρχίαν ὅρος, ὅταν ἐνδέχεται λέγειν τὴν αὐτὴν πολιτείαν δημοκρατίαν καὶ ὀλιγαρχίαν, cf. 1326 b 32; deinde certam legem significat secundum quam aliquid instituitur 639 a 13 δῆλον ὅτι καὶ τῆς περὶ φύσιν ἱστορίας δεῖ τινας ὑπάρχειν ὅρους τοιοῦτους πρὸς οὓς ἀναφέρων ἀποδέξεται τὸν τρόπον τῶν δεκνυμένων, denique modum et rationem,

quo quid determinatur 1300a11 εἰσι δ' αἱ διαφοραὶ ἐν τρισὶν ὄροις, ὧν συντιθεμένων ἀναγκαῖον πάντας εἰληφθῆναι τοὺς τρόπους. 1314a25 εἰς οὓς μὲν οὖν ὄρους ἀνάγεται τὰ βουλήματα τῶν τυράννων, οὗτοι τρεῖς τυγγάνουσιν ὄντες.

24b17 ἢ προστιθεμένου ἢ . . . Optime de hoc loco disseruit Alexander, qui vs. 18 fortasse habuit lectionem codicis C (schol. 146b32 sq.): praetulimus alteram, quam optimi libri praebent, quum illa non satis confirmata videatur. Terminos, dicit Aristoteles, appello in quos propositio dissolvitur sive adiecto sive demto esse et non esse, h. e. sive termini coniunguntur adiecto verbo esse sive disiunguntur verbo non esse: nam verbum esse eam vim habet, ut vel coniungat vel disiungat, v. 1027b20, quem locum adscripsimus ad 17a15, coll. iis quae diximus 16a12. Sic 1062b3 διχηρημένον dicitur quod, quam seiunctum sit ab aliqua re, de ea negatur: eodem sensu quo προστιθεσθαι et διαιρεισθαι etiam opponuntur λέγεσθαι κατὰ τινος et λέγεσθαι ἀπό τινος 64a14, 65a33. Negligentius adiecit καὶ μὴ εἶναι: nam satis erat dicere προστιθεμένου ἢ διαιρουμένου τοῦ εἶναι, quum τὸ εἶναι καὶ μὴ εἶναι nihil significet nisi copulam.

24b18 συλλογισμός. 165a1 ὁ μὲν γὰρ συλλογισμός ἐκ τινῶν ἐστὶ τεθέντων, ὥστε λέγειν ἕτερόν τι ἐξ ἀνάγκης τῶν κειμένων διὰ τῶν κειμένων. 161b29 ἐνίοτε γὰρ πλείω λαμβάνουσι τῶν ἀναγκαίων ὥστε οὐ τῶ ταῦτ' εἶναι γίνεται ὁ συλλογισμός: quare non recte Hegel (Wke XIV. p. 408) „Der συλλογισμός ist ein Grund (ἐστὶ λόγος, Begründen), in welchem, wenn Einiges gesetzt ist, ein Anderes als das Gesetzte nach der Nothwendigkeit folgt“; neglexit enim verba τῶ ταῦτα εἶναι bene expressa a Biesio l. p. 130 „so dass sich dieses an jene unmittelbar anschliesst“, neque recte vertit λόγον, quem haud scio an optime reddamus Gallico vocabulo utentes „raisonnement“ (raison, λόγος). Eandem syllogismi definitionem habemus 100a25. Gellius XV, 26 τεθέντα et κείμενα vertit „consensa“ et „concessa“, sed illa latius patent, v. Trdlbg. Elem. log. p. 84 sq., cf. quae ib. p. 82. de syllogismo disputantur. Appuleius (644 ed. Flor.) „Secundum Aristotelem commodissime potest ita defini: Oratio in qua concessis aliquibus aliud quiddam praeter illa, quae concessa sunt, necessario evenit, sed per illa ipsa concessa“. Deinde ubi de singulis partibus definitionis disserit, addit „„Concessis aliquibus“ pluraliter

ideo dictum est, quia ex una acceptione non fit collectio: licet Antipatro Stoico contra omnium sententiam videatur plena conclusio esse Vides, vivis igitur". Aliam esse syllogismi notionem apud Hermogenem lul. Pacius notavit: ἔστι γὰρ συλλογισμὸς ἀγράφου πράγματος πρὸς ἔγγραφον παράδεισις εἰς ταῦτόν συνάγοντός τινος τὸ ἀγραφον τῷ ἐγγράφῳ. οἷον τὸν ἐξ ἐταίρας μὴ λέγειν ἐκ πόρου τινα γεγονότα. Apud Aristotelem συλλογισμὸς et opponitur συμπεράσματι, ubi significat coniunctionem plurium syllogismorum, qui ad unum finem tendunt, ut 50 a 5, et idem est quod συμπεράσμα 44 a 31, cf. Nicéphor. Blemm. epit. log. Lips. 1784 p. 139 ποτὲ δὲ καὶ αὐτὸ τὸ συμπεράσμα καλεῖται συλλογισμὸς, ὡς τὰ διεστῶτα ἐν τοῖς λόγοις . . . συνάγον ὁμοῦ καὶ ὡς συλλέγον τὴν ἐν πᾶσι τοῖς ὄροις διεσπαρμένην ἀπόδειξιν. Actionem non solum comparat cum syllogismo, quod dicit Biese II. p. 284, sed etiam ex syllogismo originem habere ostendit (cf. Kant Krit. d. prakt. Vft. Sämmtl. Wke ed. Rosenkranz et Schubert VIII. p. 219) 1147 a 25 ἡ μὲν γὰρ καθόλου δόξα, ἡ δ' ἕτερα περὶ τῶν καθ' ἕκαστά ἐστιν, ὧν ἀλθθῆσις ἤδη κυρία· ὅταν δὲ μία γένηται ἐξ αὐτῶν, ἀνάγκη τὸ συμπερασθὲν ἔνθα μὲν φάναι τὴν ψυχὴν, ἐν δὲ ταῖς ποιητικαῖς πράττειν εὐθύς, οἷον εἰ παντὸς γλυκέος γεύεσθαι δεῖ, τοῦτι δὲ γλυκὺ ὡς ἐν τι τῶν καθ' ἕκαστον, ἀνάγκη τὸν δυναμένον καὶ μὴ κωλυόμενον ἅμα τοῦτο καὶ πράττειν. 701 a 8 ἔοικε παραπλησίως συμβαίνειν καὶ περὶ τῶν ἀκινήτων διανοουμένοις καὶ συλλογιζομένοις. ἀλλ' ἐκεί μὲν θεώρημα τὸ τέλος (ὅταν γὰρ τὰς δύο προτάσεις νοήσῃ, τὸ συμπεράσμα ἐνόησε καὶ συνέθηκεν) ἐνταῦθα δ' ἐκ τῶν δύο προτάσεων τὸ συμπεράσμα γίνεται ἢ πράξις. Ib. 22 ὅτι μὲν οὖν ἡ πράξις τὸ συμπεράσμα φανερόν· αἱ δὲ προτάσεις αἱ ποιητικαὶ διὰ δύο εἰδῶν γίνονται, διὰ τε τοῦ ἀγαθοῦ καὶ διὰ τοῦ δυνατοῦ. 1139 a 21 ἔστι δ' ὅπερ ἐν διανοίᾳ κατάφασις καὶ ἀπόφασις, τοῦτ' ἐν ὀρέξει δίωξις καὶ φυγή. 453 a 10 τὸ ἀναμνήσκεσθαι ἐστιν οἷον συλλογισμὸς τις· ὅτι γὰρ πρότερον εἶδεν ἢ ἤκουσεν ἢ τι τοιοῦτον ἔπαθε, συλλογίζεται ὁ ἀναμνησκόμενος, καὶ ἐστιν οἷον ζήτησις τις. τοῦτο δ' οἷς καὶ τὸ βουλευτικὸν ὑπάρχει φύσει μόνοις συμβέβηκεν· καὶ γὰρ τὸ βουλεύεσθαι συλλογισμὸς τις ἐστιν. — 1034 a 31 ἐν τοῖς συλλογισμοῖς πάντων ἀρχὴ ἡ οὐσία, ἐκ γὰρ τοῦ τί ἐστιν οἱ συλλογισμοὶ εἰσιν, cf. 1078 b 24. πρῶτον συλλογισμὸν appellat 1357 a 17 et 1014 b 2, qui fit e tribus terminalis, quorum

unus interponitur medius. 102a15 ἔστι δὲ φιλοσόφημα μὲν συλλογισμὸς ἀποδεικτικός, ἐπιχείρημα δὲ συλλογισμὸς διαλεκτικός, σόφισμα δὲ συλλογισμὸς ἔριστικός, ἀπόρημα δὲ συλλογισμὸς διαλεκτικὸς ἀντιφάσεως. Verbum συλλογίζεσθαι latius patet 1448b16 διὰ γὰρ τοῦτο χαίρουσι τὰς εἰκόνας ὁρῶντες, ὅτι συμβαίνει θεωροῦντας μανθάνειν καὶ συλλογίζεσθαι τί ἕκαστον. Forma perfecti passivae etiam usurpatur 1357a8 ἐνδέχεται δὲ συλλογίζεσθαι καὶ συνάγειν τὰ μὲν ἐκ συλλελογισμένων πρότερον, τὰ δ' ἐξ ἀσυλλογίστων.

24b20 λέγω δὲ τῷ . . . Definitionis datae singulas partes explicare solet, v. 1449b28. Ne quis coniciat acribendum esse τὸ pro τῷ, cf. 467b20 λέγω δ' ἀμφοτέρων τοῦ τσ ζῆον εἶναι καὶ τοῦ ζῆν. — Vs. 22 vertit Zell „um als nothwendig zu erscheinen“, recte, si abesset τὸ ante ἀναγκαῖον. Non dicit „ut syllogismus appareat necessarius“, sed „ut quod necessarium sit inde eluceat“. — Perfectum syllogismum non recte explicat Biese I. p. 135 „Dieser Schluss entspricht seinem Zwecke, daher ihn Aristoteles vollkommen nennt“. τέλειος συλλογισμὸς

eodem sensu dicitur, quo modo habuimus πρῶτον συλλογισμὸν: τῷ δὲ τῷ enim dicitur τὸ ἀτταρκῆς, v. 1055a12 τέλειον τῷ μὴ τῷ λαβεῖν τι δυνατὸν.

25 δὲ τῷ . . . Quae necessaria quidem sunt, quia conueniunt, nequam terminum inter se habent, neque tamen in definitionibus expressa sunt.

sed ἀντεστραμμένως. Non τὸ ἐν ὄλῳ ὄν καὶ τὸ ἐν ὄλῳ ὄν κατηγορούμενον eadem sunt, sed τὸ ἐν ὄλῳ ὄν καὶ τὸ ἐν ὄλῳ ὄν κατὰ παντὸς κατηγορεῖται.

Conversiones exemplis illustrantur,

προστίθειν. v. Trdlbg. Elem. log. p. 71 extr.

„sprechen“, imo „je nach der πρόσθησις idem est quod προστίθειν 24b17.

Trdlbg. Elem. log. p. 72, de an.

ἀντιστρέφειν 31a31,

alter in alterius locum

ἀντιστρέφειν, cuius terminum

integra propositionis conver-

patius patet ubi accipitur de

contrarias, v. 45b6. Sic

80 b 25 propositio dicitur *ἀντιστρέφασθαι*, quae vel ex affirmante facta est negans vel e negante affirmans non conversis terminis, cf. 32 b 43. Etiam eam propositionem dici *ἀντιστρέφειν*, quae non nisi per accidens convertitur, ut dicunt scholastici philosophi — quam quidem conversionem Appuleius in mente habet ubi dicit (642 ed. Flor.) „simplex conversio in conclusionum illationibus reflexio nominatur” (veränderte Umkehrung) — e nostro loco ipso colligere licet 25 a 8; idem fere significat *μετατίθεσθαι* 51 a 24. Alium sensum, quem habeant *ἀντιστρέφειν* et *μετατιθέναι*, exponit 59 b 1. Non de terminorum conversione cogitandum est 64 a 11 et 40: nam *ἀντιστρέφασθαι* et *ἀντιστρέφαι ἐπὶ τῶν ὄρων* in his significant de priori termino dicendum esse quod antea de altero, de altero autem quod antea de priori, cf. 14 a 30. *ἀντίστροφον* dicitur quod alius rei quasi partes agit eamque repraesentat, v. 1292 b 7. 661 a 27 ἐν μὲν οὖν τούτοις τοῖς ζώοις ἢ γλῶττα τοιαύτη τὴν φύσιν ἔστιν, ὥσπερ ἀντιστρόφως ἔχουσα τῷ μυκτῆρι τῷ τῶν ἐλεφάντων: in his igitur *ἀντιστρόφως* idem est quod *ἀνάλογον*: *ἀντίστροφος* etiam dicitur res contraria alteri, quam potestate aequiparat, 743 b 28 τὸ ψυχρὸν συνίστησιν ἀντίστροφον τῇ θερμότητι τῇ περὶ τὴν καρδίαν τὸν ἐγκέφαλον.

25 a 17 τὸ γὰρ Γ τῶν Β τί ἐστίν. Obscurius hoc dixit: nam demonstrandum est B de nullo A praedicari posse, si A praedicetur de nullo B. Si enim B de aliquo A, eam partem notionis A, de qua praedicatur B, appellemus C. Iam habemus duas propositiones, unam C est A (C enim pars est notionis A), alteram C est B. A igitur et B unam partem habent communem, eam intell. quae vocatur C, h. e. A et B conveniunt in termino C. Verum igitur erit dicere et aliquid A (intell. C) est B, quod nunc praetermittimus, et aliquid B (intell. C) est A, quod hypothesi repugnat, quae fuit nullum B est A. Aristoteles hoc non tam demonstravit, quam quomodo demonstrari possit innuit; quae quidem demonstratio fieri debet per *ἐκθεσίω* (v. quae dicemus ad 26 b 7): haud temere enim adiecit τὶ vs. 17, quo significaret non de indefinita quadam parte generis A sermonem esse, sed de *ἀτόμοις*. Eodem sensu 28 a 24 τὶ τῶν Σ dictum est. Demonstrationem ipsam exposuimus, ne quis loci obscuritate inductus opinetur conversionem propositionis universe negantis probari conversa propositione affirmante de parte (schol. 149 a 35), quod circulus esset in de-

monstrando, quum conversio propositionis affirmantis de parte non demonstratur nisi per conversionem propositionis negantis de toto.

25 a 20 *κατὰ μέρος*, quod vs. 10 dixit *ἐν μέρει*. Utrisque significat propositionem particularem; *ἐν μέρει* eodem sensu positum est 989 b 12, 1003 a 22. *ἐν μέρει συλλογισμοὶ* dicuntur quibus colligitur aliquid de rebus singularibus (*περὶ τῶν καθ' ἕκαστα*). 1317 b 2 et 20 *ἐν μέρει ἀρχεσθαι καὶ ἀρχεῖν* „pro rata parte regi et regere”, *κατὰ μέρος ἀρχεσθαι καὶ ἀρχεῖν* 1317 b 16, 1252 a 15, 1258 a 36 „in parte s. partim regi partim regere”. *δικαιοσύνην ἐν μέρει ἀρετῆς* 1130 a 14 appellat iustitiam quae virtutis pars est: opponitur enim ei, quae sensu latiori accipitur pro virtute universa. Ib. vs. 15 *κατὰ μέρος* eundem sensum habet. Quum dicitur *ἐν μέρει*, praepositio *ἐν* aliam plane habet vim, quam quum dicitur *ἐν ὅλῳ*: hoc enim dicitur de subiecto orationis quod inest in praedicato, sicut species in genere, illud de praedicato quod subiecto quodammodo inhaeret. Cf. 1325 b 8 *ἐν τῷ μέρει*, 1287 a 17 *ἀνὰ μέρος*, 1261 b 4 *παρὰ μέρος*.

Cap. 3. Quomodo convertantur propositiones necessariae, 37 quomodo possibiles, b 4 et quae possibiles dicuntur, quia vel necessariae sunt vel simpliciter aliquid asserunt, 14 et quae possibiles dicuntur, quia verisimiles sunt.

25 a 31 Demonstrationem ab Aristotele non confectam esse recte observavit Pacius: causa in eo est, quod eodem modo fit (per *ἐκθεσιν*) atque ea, quam habuimus vs. 17; *τὸ γὰρ ἐνδέχεται τῷ ἔστιν ὁμοίως τάττεται* (b 21, cf. 21 b 30). Quum igitur demonstratum sit, quomodo convertantur propositiones simplices, haud difficile erit demonstrationem transferre ad propositiones necessariae et possibiles: quare 25 b 2 dicit *δέδεικται γὰρ τοῦτο πρότερον*, quibus verbis respicit ad ea quae dixit de conversione propositionum simplicium.

25 a 37 *ἐπὶ δὲ τῶν ἐνδεχομένων . . .* Iul. Pacius cum omnibus qui Aristotelem latine interpretati sunt *τὸ ἐνδεχόμενον* vertit „contingens”, Biese „zufällig”, Zell non nisi cap. 13 huius libri bis vertit: „möglich (zufällig)”. Miror hoc ita factum esse. Patet enim idem ab Aristotele discrimen factum esse quod Kant statuit inter eas propositiones quae ab asserendo et eas quae a problemate et eas quae ab *ἀποδεικτικῇ* dictae

sunt. Ac de simplicibus quidem (die assertorischen) egit cap. 2, de iis in quibus alterum de altero necessario praedicatur (die apodiktischen) initio cap. 3 exposuit, restat igitur, ut explicet conversiones earum, in quibus num alterum de altero praedicandum sit incertum est (die problematischen): quae quidem propositiones si quis appellare velit contingentes, equidem non contradico, quoniam nova non dici possunt nisi vocabulis inusitatis: sin autem sermone patrio vocet „zufällige“, id prorsus improbandum erit. Quis est enim qui ignoret quod nos vocamus „zufällig“ id graece dici *τυχόν* vel *αὐτόματον*? τὸ ἐνδεχόμενον autem τῷ δυνατῷ propius est quam τῷ τυχόντι, quod ut probem exemplis vix opus est, cf. tamen 658 b 31 κατὰ τὸν ἐνδεχόμενον τρόπον. 25 b 10 ἐγγωρεῖ scripsit pro ἐνδέχεται quibuscum cf. quae dixit 29 b 30—32. Quomodo autem differant τὸ δύνασθαι et τὸ ἐνδέχεσθαι, facile apparet ex oppositis. Illi enim opponitur τὸ ἐνεργεῖν, huic τὸ ὑπάρχειν: quare quod δυνατὸν dicitur ita comparatum esse debet, ut in rerum natura nihil obstat quin sit, sed suppeditent omnia quae illud evenire patiantur, τὸ ἐνδεχόμενον vero est id, quod si asserimus, nobismet ipsi non contradicimus, quod cum se ipso ita conspirat et (ut ita dicam) concordat, ut cum eius notione nihil coniunctum sit quod repugnantiam aliquam habeat: τὸ δυνατὸν pendet ex causis externis, τὸ ἐνδεχόμενον ex causis internis: alterum est quod nos dicimus das physisch Mögliche, alterum das logisch Mögliche, Problematische. Non mirum est, quod Aristoteles saepius alterum cum altero confundit, quum ne a nostris quidem philosophis satis distinguantur (Realgründe — Erkenntnißgründe, Ursache — Grund, Wirkung — Folge). Hoc apparet e. g. 1047 a 24 ἔστι δὲ δυνατὸν τοῦτο, ᾧ ἐὰν ὑπάρξῃ ἢ ἐνέργεια οὗ λέγεται ἔχειν τὴν δύναμιν οὐδὲν ἔσται ἀδύνατον: quare etiam in iis quae seq. δυνατὸν et ἐνδεχόμενον sine discrimine ponuntur. 1019 b 32 ἕνα δὲ (τρόπον τὸ δυνατὸν σημαίνει) τὸ ἐνδεχόμενον ἀληθὲς εἶναι. Sic 19 a 10, 13, 15, 17, 21 nihil interest inter δυνατὸν et ἐνδεχόμενον: unde factum est, ut eandem fere proponat definitionem τοῦ ἐνδεχομένου 32 a 18 quam habemus τοῦ δυνατοῦ 1047 a 24. Iulium Pacium hoc discrimen non vidisse apparet ex iis quae leguntur in eius commentario p. 1216 (ed. Francof. 1597) „cum Socrates non currit, recte dicitur contingit Socratem currere, atque hoc tantum proprie dicitur

contingens". Quae ne sensu prorsus destituta sint, *ἐνδέχεται* et *ἐνδεχόμενον* scribendum erit pro contingit et contingens: nam quod dicere voluit est hoc. Quum Socrates non currit, cogitari tamen potest (*ἐνδέχεται*) Socratem currere. Biese I. p. 137 not. 1 „Das Zufällige kann auf das Nothwendige bezogen werden, insofern dieses aus materiellen Ursachen entsteht, welchen der Zweck äußerlich bleibt. . . Es liegt ein tiefer Sinn in dieser Aufzählung der Bedeutungen des Zufälligen". Equidem ingenue fateor me non intelligere, quomodo quod necessarium sit dici possit contingens. Nam contingens non dicitur id cuius causas ignoramus, sed id cui sufficientem causam subesse negamus, quatenus vocamus contingens, aut quod, quatenus causa aliqua effectum sit, omnino non consideramus. Oportuit fieri quod evenisse intelligimus ex iis, quorum alius non poterat esse eventus, contigit, cui nihil obfuisse putamus, quin accideret aliter. Quare Biesio, qui more *ἡρακλειτιζόντων*, quorum scholae addictus est, subtilitatem laudat ubi obscuritatem reprehendere debebat, adstipulari non possum. Restat ut exponamus quae sequuntur vs. 38. Dicitur *ἐνδέχασθαι* et quod fieri oportet — 22 b 11 τὸ μὲν γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι δυνατὸν εἶναι — et quod non oportet, h. e. et quod est, quamquam non oportuit fieri, et quod fieri potest, quamquam num fiat adhuc incertum est. In convertendis propositionibus affirmantibus non refert quo sensu accipiat *τὸ ἐνδέχασθαι*, quamquam non ita est in convertendis negantibus. Nam ubi (b 4 *ὄσα μὲν*, quibus respondent *ὄσα δὲ* vs. 14) τὸ *ἐνδεχόμενον* intelligendum est vel de eo quod necesse est, vel de eo quod est simpliciter, patet etiam conversiones easdem esse atque earum propositionum, in quibus alterum de altero praedicatur vel necessario vel simpliciter (*ὑπαρχόντως*): nam in his τὸ *ἐνδέχασθαι* non ea notione accipitur quae ei propria est, sed locum tenet τοῦ ἀναγκαῖον εἶναι et τοῦ ὑπάρχειν μὲν, μὴ δ' ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν: quorum enim locum tenet, eorum vim habet. Ubi vero (b 14) τὸ *ἐνδέχασθαι* significationem principalem et propriam habet, conversionis non eadem ratio est. Clarum est autem ex iis quae diximus tres modos τοῦ *ἐνδέχασθαι*, quos commemoravit vs. 38 sq., eosdem esse quos consideravit b 4 sq. et 14, ut τὸ δυνατὸν (vs. 39) sit idem quod τὸ ὡς ἐπὶ πολὺν καὶ τῷ περιπέπειναι λεγόμενον (v. 32 b 5 sqq.). Quae quum ita sint, quo iure μὴ post ἀνάγκης

(b4) a nobis deletum sit manifestum est: adiectum autem videtur propter ea quae sequuntur. At agit de conversione propositionum negantium (vs. 3). Tamen *μη* non ferendum est, et quia quae habemus b4 aq. respondent iis quae legimus a38 et quia, si *μη* adiicitur vs. 4, quoniam de propositionibus negantibus sermo sit, etiam vs. 5 dicendum erit *τῷ μη ἐξ ἀνάγκης μη ὑπάρχειν*. Vs. 4 et 5 priores duos modos proponit, quibus accipi possit τὸ ἐνδέχασθαι, hos vs. 6 exemplis accommodat propositionum negantium, de quarum conversione agit: quare prius exemplum dicitur *ἐνδέχασθαι τῷ ἐξ ἀνάγκης μη ὑπάρχειν*, alterum *τῷ μη ἐξ ἀνάγκης μη ὑπάρχειν*: nam non satis accurate dixit vs. 8 *οὐκ ἀνάγκη ὑπάρχειν*, quum dicendum fuisset *οὐκ ἀνάγκη μη ὑπάρχειν* quae quidem negligentia eo excusatur, quod τὸ οὐκ ἀναγκαῖον et esse potest et non esse. Erit fortasse qui praefendam putet lectionem codicis C τὸ δὲ (τὸ λευκόν) οὐκ ἀνάγκη μη ὑπάρχειν (παντὶ ἰματίῳ), sed altera et negligentia in scribendo, ex qua orta est (cf. quae dicemus ad 27 b 27), et codicum auctoritate commendatur.

25 b 13 *ὁμοίως*, similiter atque in iis de quibus adhuc dictum est, h. e. similiter atque in iis quae necessario et in iis quae simpliciter praedicantur.

25 b 14 *τῷ ὡς ἐπὶ πολὺ . . . 663 b 28 ἢ γὰρ ἐν τῷ παντὶ ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ κατὰ φύσιν ἐστίν. 777 a 21 ἐν γὰρ τοῖς μη ἀδυνατοῖς ἄλλως ἔχειν ἀλλ' ἐνδεχομένοις τὸ κατὰ φύσιν ἐστίν, τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ. Quare iungit 1357 a 27 τὰ δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ συμβαίνοντα καὶ ἐνδεχόμενα. 1026 b 27 ἐπεὶ οὖν ἐστίν ἐν τοῖς οὖσι τὰ μὲν αἰεὶ ὡσαύτως ἔχοντα καὶ ἐξ ἀνάγκης, οὗ τῆς κατὰ τὸ βίαιον λεγομένης ἀλλ' ἦν λέγομεν τῷ μη ἐνδέχασθαι ἄλλως, τὰ δ' ἐξ ἀνάγκης μὲν οὐκ ἐστίν οὐδ' αἰεὶ, ὡς δ' ἐπὶ τὸ πολὺ, αὕτη ἀρχὴ καὶ αὕτη αἰτία ἐστὶ τοῦ εἶναι τὸ συμβεβηκός· ὃ γὰρ ἂν ἢ μήτ' αἰεὶ μήθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τοῦτ' ὅ φημεν συμβεβηκός εἶναι. Quare iungit 1027 a 17 τὸ ὁμοίωτ' ἔτυχε καὶ κατὰ συμβεβηκός: unde patet, quomodo differat τὸ ἐνδεχόμενον ab eo quod dicitur contingens. — Erit fortasse qui nostro loco scribendum putet ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, quippe quod postulet usus loquendi qui apud Aristotelem obtineat, sed et 196 b 11 τὰ μὲν αἰεὶ ὡσαύτως γινόμενα, τὰ δὲ ὡς ἐπὶ πολὺ coll. vs. 13 et 20 optimi codices praebent, et 496 a 13 ἔχει (ἢ καρδία) τὸ δὲ σαρκῶδες ἐπὶ πολὺ, et 902 a 10*

ὡς μὲν ἐπὶ πολὺ τὰ κλείω τε τῶν γινομένων γίνεται κατὰ φύσιν. Similia sunt quae legimus 951 b 30 τὸ δὲ ἀδίκαως ἐγκαλεῖν ὡς τὸ πολὺ ἐκ προνοίας ἐστίν. 360 b 27 μετὰ τε τοὺς δμβρους ἀνεμος ὡς τὰ πολλὰ γίνεται, et quod pleonasmus est 750 a 15 δύο ὡς τὰ πολλὰ τίκεται εἴωθεν, cf. 451 b 24. 725 b 17 ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ εἰπεῖν συμβαίνει ἐκ τῶν ἀφροδισιασμῶν ἔκλυσις καὶ ἀδυναμία. 721 a 13 ἀφίησι δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πλείστον εἰπεῖν τὸ ἀρῶεν εἰς τὸ θῆλυ οὐδὲν μόριον. 358 b 15 διόπερ ἰσάζει ὡς ἐπίπαν εἰπεῖν, unde etiam 386 b 23 scribendum erit ὡς μέντοι ἐπίπαν (ἐπὶ πᾶν Bkk.) εἰπεῖν ἀντιστρέφει, quaequam 573 a 28, 466 b 14 habetur ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν εἰπεῖν. — Vs. 15 addit καθ' ὃν τρόπον διορίζομεν, quia nova est haec significatio verbi ἐνδέχεσθαι.

25 b 18 ὅταν περὶ τοῦ . . . In mente habet quae dicit capp. 13 et 17.

25 b 25 ταῖς ἀλλαις, intell. τῶν καταφατικῶν.

Cap. 4. Ipsam de syllogismo doctrinam aggreditur. 32 Qualis sit oratio et quae nomina terminorum in prima figura, exponit. 37 Syllogismus ex utraque propositione universalī, 26 a 17 ex altera universalī, altera particulari. b 21 De coniunctione binarum propositionum particularium. 26 De iis quae primae figurae propria sunt.

25 b 26 διωρισμένων δὲ τούτων. Locutio Aristoteli valde familiaris, qua utitur, ut ab alia re quam pertractavit ad aliam transeat cum priori coniunctam, v. 21 a 34, 317 a 32, 416 b 32.

25 b 33 τὸν ἔσχατον, terminum minorem qui dicitur ἔσχατος, quia τῷ ἀτόμῳ propior est: ἔσχατα enim appellari τὰ καθ' ἕκαστα notavimus ad 2 a 11 sub fin. Quare ut synonyma coniunguntur 451 a 26 τῷ ἀτόμῳ καὶ ἔσχατῳ et 433 a 16 τὸ δ' ἔσχατον ἀρχὴ τῆς πράξεως. Inde τὸ ὑποκείμενον ἔσχατον 1016 a 23 et 1017 b 24 dicitur id quod alicui rei ita subiectum est, ut analysi perfecta praeter illud nihil relinquatur: 339 b 2 εἰς δ' ἀναλύονται ἔσχατον. 1029 a 24 τὸ ἔσχατον καθ' αὐτὸ οὐτε τι οὐτε ποσὸν οὐτε ἄλλο οὐθέν ἐστιν (ἢ ὕλη). Deinde ἔσχατον dicitur quod proxime accedit ad id cuius causa factum est vel in cuius naturam convertitur: 766 b 8 τὸ μὲν σπέρμα ὑπόκειται περιττώμα τροφῆς ὃν τὸ ἔσχατον. ἔσχατον δὲ λέγω τὸ πρὸς ἕκαστον φερόμενον. Sic 678 a 7, 456 a 34 ἔσχατῆ τροφῆ appelluntur alimenta quae in sanguinem conversa ita confecta

sunt, ut iam in singula membra digerantur quae cuique apta sint, cf. 469 a 1 τὸ αἷμα τοῖς ἐναίμοις ἐστὶ τελευταία τροφή coll. 726 b 11. Eodem sensu dicitur ὑστάτη τροφή 728 a 20, a qua non diversum est quod dicitur πρώτη τροφή 744 b 14 ἐκ τῆς πεπεμμένης καὶ καθαρωτάτης καὶ πρώτης τροφῆς: nam quae ultima fiunt ex cibis confectis per concoctionem, ea prima sunt quibus alimur. Colorem vocat 439 a 28 τοῦ ἐν τοῖς σώμασι διαφανοῦς τὸ ἔσχατον, finem materiae pellucidae qua corpora circumdata sint, cf. 418 a 31 πᾶν δὲ χρῶμα κινήσιον ἐστὶ τοῦ κατ' ἐνέργειαν διαφανοῦς καὶ τοῦτ' ἐστὶν αὐτοῦ ἡ φύσις. 419 a 13 τὸ μὲν χρῶμα κινεῖ τὸ διαφανές, ὅλον τὸν ἀέρα, ὑπὸ τούτου δὲ συνεχοῦς ὄντος κινεῖται τὸ αἰσθητήριον. Color igitur quum sit ἀρχὴ τῆς κινήσεως τοῦ διαφανοῦς secundum Aristotelem, apparet quo sensu dicatur τὸ ἔσχατον τοῦ διαφανοῦς.

25 b 35 καὶ ἄλλο ἐν τούτῳ. Negligentius hoc, quam si dixisset καὶ ἐν ᾧ ἄλλο, sed clarius: dicendum erat καὶ ἐν ᾧ τὸ τρίτον; sed ista constructio satis frequens est apud Aristotelem, v. 81 b 39 ὁ μηδενὶ ὑπάρχει ἑτέρῳ ἄλλ' ἄλλο ἐκείνῳ coll. 82 a 1, b 1, 3. 990 a 4 ὅσον αἰσθητόν ἐστι καὶ περιελήφεν ὁ καλούμενος οὐρανός. 694 a 7 οἷς ὁ βλος ἐπίγειος καὶ ἐστὶ καρποφάγα ἢ πλωτὰ καὶ περὶ ὕδωρ βιοτεύουσιν. 1317 a 4 λέγω δὲ τοὺς συνδυασμούς, οὓς δεῖ μὲν ἐπισκοπεῖν, οὐκ ἐσκεμμένοι δ' εἰσὶ νῦν. 1450 b 31 μέσον δὲ δ καὶ αὐτὸ μετ' ἄλλο καὶ μετ' ἐκείνο ἕτερον. 494 a 17 τοῦ δὲ ποδὸς ὅσοις τὸ ἐντὸς παχὺ καὶ μὴ κοῖλον, ἀλλὰ βαίνουσιν ὄλω, πανούργοι. 708 a 24 ὅσα δὲ χρῆται μὲν ἄλσει μὴ ἐστὶ δ' αὐτοῖς αὐτάρκης αὐτῆ ἢ κινήσις. — Vs. 36 τὸ referendum esse ad δν, non ad αὐτό, vix est quod moncamus.

25 b 37 Ordo terminorum, quo Aristoteles utitur, naturae rei longe aptior est quam quo nos uti solemus: vis enim quam habet medius terminus, quippe qui iungat extrema, non solum nomine, sed etiam collocatione declaranda est.

Nos:	{	Omne B est A	Aristoteles:	{	τὸ A κατὰ παντὸς τοῦ B
		Omne C est B			τὸ B κατὰ παντὸς τοῦ Γ
		Omne C est A			τὸ A κατὰ παντὸς τοῦ Γ

Quod quum viderit Appuleius in hunc errorem se induci passus est, ut propositionum ordinem immutaverit: dicit enim (658 ed. Flor.) eundem syllogismum quem modo proposuimus retro talem esse:

Omne C B

Omne B A

Omne C A.

- 26a4 ἀναγκαῖον συμβαίνει. Accuratius dixisset ἀναγκαίως, ut 30a11: nam non quod sequitur necessarium est, sed necessario consequitur propositionibus concessis. — Vs. 6 melius dixisset οὕτως τὰ καθόλου οὕτως τὸ κατὰ μέρος: nam si ne de parte quidem aliquid colligitur, nihil de toto colligi posse consequitur. — Vs. 8 per exempla allata probat (v. 25 a25) quod demonstrare debebat ex ipsa ratione quam singuli termini inter se habeant: est enim proprium artis logicae, ut terminorum rationem cognoscat, dum res ignoret. Num de Caio praedicetur animal nescit, scit de Caio praedicari animal, si animal de homine et homo de Caio praedicetur.
- 26a15 Terminos, si fiat syllogismus, sic se habere ut exposuit, inde colligit, quod omnes modos et rationes contemplatus sit, qui locum habere possint inter duos terminos, quorum alter de altero universo praedicetur.
- 26a17 Nullam, quae fieri possit, coniugationem — „coniugatio propositionum dicitur ipsa connexio earum per aliam communem particulam, qua inter se copulantur: ita enim possunt ad unam conclusionem consentire”. Appulei. 642 (ed. Flor.) — ab Aristotele praetermissam esse inde apparet, quod primum (vs. 23) maiorem propositionem facit universalem sive affirmantem sive negantem, minorem affirmantem, deinde (v. 39.) maiorem universalem sive affirmantem sive negantem cum minore negante coniungit. De iis vero coniunctionibus, quae minorem habent universalem, maiorem particularem, loquitur inde a vs. 30. Appuleius 660 (ed. Flor.) „Quatuor sunt propositiones: duae particulares, duae universales. Harum unaquaque, ut ait Aristoteles, ut sit subiecta sibi et aliis tribus proponatur, quaterne scilicet coniungitur, atque ita senae denae coniugationes in singulis formulis erunt.” De coniugationum, quae fieri possint, numero v. M. W. Drobisch Neue Darstellung der Logik Lps. 1836. §. 71 sqq. — Vs. 18 verba ὅταν τὸ καθόλου τεθῆ ἢ πρὸς τὸ μείζον ἄκρον obscuritatem quandam habent. Zell vertit „wenn dann das Allgemeine dem Oberbegriffe beigelegt oder abgesprochen wird”, non recte: nihil enim praedicatur de termino maiore, sed terminus maior de universo medio: quare eadem ratione hoc vertendum erat

caret nihil interesse utrum indefinita sit an particularis, cf. 26 a 30.

26 b 7 Terminum A de ea parte termini C, de qua B non praedicetur, et de universa posse praedicari et de universa non praedicari, per *ἐκθεσιν* demonstratur, quam 28 a 23 Zell bene vertit „unmittelbare Nachweisung“. Fit enim *ἐκθεσις*, si unius termini duae sunt partes, quarum altera ab altera separari debet, ut demonstretur quod propositum est. Sic in termino *λευκόν* (v. exemplum vs. 7) latet et τὸ *λευκόν* quod de nive et quod de cycno dicitur, quae quidem notionis albi partes separari debent singulaeque promi, ut fiat demonstratio per *ἐκθεσιν*, v. quae dicemus ad 28 a 23.

26 b 14 Ex earundem propositionum, de quibus modo dixit, coniunctione non fieri syllogismum etiam alio modo probat. Propositionem particularem appellat *ἀδιόριστον*, quoniam non definitur num de altera parte tantum vera sit, de altera falsa, an de parte tantum accipiatur quod praedicetur, quamvis de toto verum sit. Plerumque autem propositio *ἀδιόριστος* dicitur, quae accuratius appellaretur *ἀπροσδιόριστος*, v. enim de *προσδιορισμῶ* schol. 113 a 44. *ἀδιόριστον* est quod certis finibus non circumscriptum est: 184 b 11, 816 b 7; *όρίστων*, quod nullis finibus circumscriptum est: 452 b 8 *ἢ μέτρον ἢ όρίστως*, cf. *όρίστων όνομα* et *όήμα* 16 a 32, b 14. 1007 b 29 τὸ γὰρ *δυνάμει* ὄν καὶ μὴ *ἐντελεχείᾳ* τὸ *όρίστων* ἔστιν, quamquam etiam *όρίστων* appellatur quod certos fines non habet: 1027 b 34 τὸ γὰρ *αἰτιον* τοῦ μὲν (intell. τοῦ *συμβεβηκότος*) *όρίστων*. 442 a 15 εἴτε κατ' *ἀριθμούς* τινὰς τῆς *μίξεως* καὶ *κινήσεως* εἴτε καὶ *όρίστως*, in quibus *όρίστων* est id quod mentionem non admittit, non quod sit immensum, sed quoniam est irrationale, quod mathematici vocant. 1010 a 3 ἐν δὲ *τούτοις* πολλή ἢ τοῦ *όρίστων φύσις* *ἐνυπάρχει*, h. e. in iis quae sub sensus cadunt multa sunt quae geometrica subtilitate doceri nequeunt: quare 1049 b 2 τὴν *ύλην* καὶ τὰ *πάθη* vocat *όρίστα*. Alio sensu *ἀδιόριστον* dicitur etiam id quod non eo loco definiendum est quo commemoratur: 639 a 22 *ἀδηλον* γὰρ καὶ *ἀδιόριστόν* ἔστι *λέγειν* νῦν *περὶ* τούτων. — Sententia nostri loci haec est. Quoniam demonstratum est non fieri syllogismum e maiore universali vel affirmante vel negante et minore universali eaque negante, syllogismus fieri non poterit, si minor est particularis negans: nam particularis,

negans consequens est universalis negantis et in ea conficitur, ut, si haec syllogismum non efficiat, illa vel minus efficere valeat: quare si e his propositionibus quibuscumque nihil colligitur, neque altera ita mutata, ut ex universali fiat particularis, quidquam colligetur. — Va. 16 ὅτι τοῖσι οὗν ὑπέσχετο inagendum est cum ἐλαττεύεται δέ. — Scholium Alexandri ad va. 19 (schol. 152 b 47) brevius fecit Brandis. Nam ad συλλογιστικῆν mente intelligendum est συζυγία τῆν ἐλάττωσαν πρότερον ἔχουσαν ἀπορρητικῆν κατὰ μέρος.

26b29 Codices meliores omnes πᾶν τὸ μεθόλου τῶνά, solum Anglicus τῶν quod in contextum recepimus. Namque modi verborum in codd. ita inter se permisceantur, ut necius non operae pretium sit haec annotare, quod neque Bekkerum facinorose video neque ipse semper feci: quare quod codd. habent πᾶν pro πανί αἰ certius est quam τῶνά pro τῶν. Accedit quod Aristoteles et in iis quae praecesserunt et in iis quae sequuntur, ubi singulas propositiones commemorat, ut consideret nam et iis syllogismus fiat necne, uti solet particula ὅταν vel ἐν, quibus adiungitur modus coniectivus. Occurrit etiam αἰ cum indicativo 27b1 et 36, cuius constructionis alia ratio est 27a36, 26a24, b7, ubi praecessit ὅταν vel ἐν cum coniectiva, quod deinde explicatur per αἰ γὰρ cum indicativa. Quae quoniam ita sint, καί αἰ cum modo optativo coniectivum, quod Bekk. dedit, nostro loco non ferendum videbatur.

26b30 Sylburgius dedit ἐπιτελοῦντες, quoniam codd. praebent ἐπιτελοῦντες et h. l. et 26a5, 29b6, 29 a1. τελοῦντες habemus 29a16 et 31, b3, 39a2; ἀποτελοῦντες 526b7. τελοῦντες et τελεῖντες sine discrimine ponuntur, v. 752b8, 10, 21, 753a10, 12, 17, quoniam τελοῦντες magis videtur in non fuisse Aristoteli aut certe iis qui codd. descripserunt. — Va. 32 optimi codices omiserunt alterum τό, quod cum Bekk. servavimus, qui alterum cum quarto aut delendum erit aut retinendum, cf. 42b13 μετὰ δὲ τούτων τό τε δευτέρω καὶ τὸ τρίτω καὶ ἀποφύον καὶ ἔτι et quae collegimus ad 3a21.

26b33 σχήματα, figurae syllogismorum, quae dicuntur (Appuleius „formales” vocat), ab Aristotele appellatae esse h. l. Facias putat, quia figuris geometricis adscriptis syllogismi ab eo illustrati sint. Equidem hanc vocem non tam a geometricis petitam quam de ipso ordine terminorum accipiendum putavimus, quoniam σχήμα appellari licet, etiam si de geometricis

figuris non cogitetur: sic enim iam supra commemoravimus p. 268 τὰ σχήματα τῆς κατηγορίας vel τῶν κατηγοριῶν, v. 1017a 23, 1024 b 13, 1051 a 35, sic dicit 1029a 4 τὸ σχῆμα τῆς ἰδέας. 1456 b 9 τὰ σχήματα τῆς λέξεως, cf. 1408 b 21 τὸ δὲ σχῆμα τῆς λέξεως δεῖ μῆτε ἔμμετρον εἶναι μῆτε ἀρρυθμον. Ib. 28 ὁ δὲ τοῦ σχήματος τῆς λέξεως ἀριθμὸς ῥυθμὸς ἐστίν. 1318 b 26 δεῖ νομίζειν καὶ τοῦτ' εἶναι σχῆμά τι δημοκρατίας. Cf. ὁμοιοσχημῶν 27 b 11 et quae diximus ad 36 a 7. Biese I. p. 77 not. et quae nos ad 26 b 34. — Adscribimus tabulam, qua omnes modi syllogismorum, qui fiunt et in prima figura et in reliquis, continentur. Servavimus ordinem, quem Aristoteles in exponendis syllogismis secutus est, quamquam ipsum in sequentibus non eundem semper ordinem observavisse videbimus. Ut intelligantur quae sequuntur, tabula in memoria haerere debet.

I α'. τὸ A κατὰ παντός τοῦ B, τὸ B κατὰ παντός τοῦ Γ, τὸ A κατὰ παντός τοῦ Γ.	β'. τὸ A κατὰ μηδενός τοῦ B, τὸ B κατὰ παντός τοῦ Γ, τὸ A κατὰ μηδενός τοῦ Γ.
γ'. τὸ A κατὰ παντός τοῦ B, τὸ B κατὰ τινός τοῦ Γ, τὸ A κατὰ τινός τοῦ Γ.	δ'. τὸ A κατὰ μηδενός τοῦ B, τὸ B κατὰ τινός τοῦ Γ, τὸ A κατὰ τινός τοῦ Γ οὐδ'.
II α'. τὸ A κατὰ μηδενός τοῦ B, τὸ A κατὰ παντός τοῦ Γ, τὸ B κατὰ μηδενός τοῦ Γ.	β'. τὸ A κατὰ παντός τοῦ B, τὸ A κατὰ μηδενός τοῦ Γ, τὸ B κατὰ μηδενός τοῦ Γ.
γ'. τὸ A κατὰ μηδενός τοῦ B, τὸ A κατὰ τινός τοῦ Γ, τὸ B κατὰ τινός τοῦ Γ οὐδ'.	δ'. τὸ A κατὰ παντός τοῦ B, τὸ A κατὰ τινός τοῦ Γ οὐδ', τὸ B κατὰ τινός τοῦ Γ οὐδ'.
III α'. τὸ A κατὰ παντός τοῦ Γ, τὸ B κατὰ παντός τοῦ Γ, τὸ A κατὰ τινός τοῦ B.	β'. τὸ A κατὰ μηδενός τοῦ Γ, τὸ B κατὰ παντός τοῦ Γ, τὸ A κατὰ τινός τοῦ B οὐδ'.
γ'. τὸ A κατὰ τινός τοῦ Γ, τὸ B κατὰ παντός τοῦ Γ, τὸ A κατὰ τινός τοῦ B.	δ'. τὸ A κατὰ παντός τοῦ Γ, τὸ B κατὰ τινός τοῦ Γ, τὸ A κατὰ τινός τοῦ B.
ε'. τὸ A κατὰ τινός τοῦ Γ οὐδ', τὸ B κατὰ παντός τοῦ Γ, τὸ A κατὰ τινός τοῦ B οὐδ'.	ς'. τὸ A κατὰ μηδενός τοῦ Γ, τὸ B κατὰ τινός τοῦ Γ, τὸ A κατὰ τινός τοῦ B οὐδ'.

Tenendum est ultimum modum secundae et quintum tertiae figurae non demonstrari nisi deductione facta ad absurdum. Appuleius in explicanda prima figura Theophrastum sequitur, qui novem modos proposuit. Namque ex quattuor modis, quos

I.

25

Aristoteles agnoscit, septem fiunt conversis conclusionibus syllogismorum I α' , β' et γ' . (Aristoteles vero eosdem syllogismos putavit, qui ex iisdem propositionibus nascerentur sive recta sive conversa conclusione, v. 27a 14). Octavus fit conclusione universali I β' mutata in particularem, nonus fit ex I δ' mutatis terminis sic: τὸ *A* κατὰ τινὸς τοῦ *B*, τὸ *B* κατὰ μηδενὸς τοῦ *Γ* — τὸ *A* κατὰ τινὸς τοῦ *Γ* οὐ. Appuleii librum nullius fere pretii esse facile inde conicitur, quod ubi de prima figura disputat Theophrastum imitatur in convertendis propositionibus, in tertia vero eum reprehendit, quod opinatus sit duos modos nasci ex conversione conclusionis. Praeterea non probandum esse, quod in omnibus syllogismis propositiones ita transposuerit, ut minor maioris locum teneat, maior minoris, notavit Cornel. Martinus in animadvv. ad Geverhartum Elmenhorstium scriptis, v. Appul. ed. Bosscha II. p. 282. Quod quomodo factum sit, explicuimus ad 25 b 37. Haud alienum a nostro loco videtur inserere quae leguntur apud Appuleium 659 (ed. Flor.) „Stoici porro pro literis numeros usurpant: ut „Si primum, secundum: atqui primum, secundum igitur.” Verum Aristoteles in prima formula quattuor solos indemonstrabiles prodit. Theophrastus et ceteri quinque enumerant. Nam propositionem iungentes indefinitam colligunt quoque illationem indefinitam. Hoc supervacaneum est tradere ... Aristo autem Alexandrinus et nonnulli Peripatetici iuniores quinque alios modos praeterea suggerunt universalis illationis: in prima formula tres, in secunda duos, pro quibus illi particulares inferunt: quod perquam ineptum est, cui plus concessum sit, minus concludere.”

Cap. 5. De secunda figura. 27a 3 De coniugationibus propositionum universalium. 26 De coniugationibus, quae fiant ex altera universali, altera particulari, si altera affirmet, altera neget, b 10 vel si aut utraque affirmet aut utraque neget. 36 De iis quae sint e binis particularibus. 28a 1 Expomuntur quae propria sint secundae figurae.

26 b 34 Quod dicit de secunda figura, id non pro definitione habendum est cum lul. Pacio, sed pro signo, ex quo secunda figura cognosci possit. Non proponi definitionem tum ex eo patet, quod nihil dicitur de particularibus propositionibus, tum inde, quod *σχῆμα* hoc loco latius patet, siquidem non significat

figuram syllogismi, sed rationem quae inter propositiones intercedat, sive fit syllogismus sive non fit. Eundem sensum haec vox habet 39a3, ad quem locum bene Alexander: *σημάτων εἴρηκεν ἀντὶ τοῦ συζυγιῶν καὶ συμπλοκῶν.*

26b37 Maior terminus appellatur in secunda figura qui medio propior, minor qui remotior est ab eo. Non recte hunc locum intellexit Georg. Pachymeres qui (epit. log. Oxon. 1666 p. 64) haec habet: *ἐλάττων δὲ ὁ πορρόωτερος τοῦ μέσου, οὗ τῷ τόπῳ, ἀλλὰ τῇ δυνάμει, παρόσον αὐτὸς αἰεὶ ὑπόκειται, καὶ ἐν τῇ προτάσει καὶ ἐν τῷ συμπεράσματι:* apparet enim ex iis quae adiecit eum verba *πορρόωτερω τοῦ μέσου* ita intellexisse, quasi Aristoteles diceret *πορρόωτερω ἢ τὸ μέσον*, longius a sensibus remotum quam terminus medius. Sed et quae praecesserunt et quae sequuntur *πρῶτον δὲ τῇ θέσει* (h. e. medius terminus in secunda figura primum locum tenet, quum Aristoteles propositiones incipiat ab eo quod praedicatur, non ab eo de quo praedicatur) satis ostendunt de positione terminorum Aristotelem loqui, non de ratione quae inter ipsos terminos obtineat: nam quae colliguntur in II α' eadem etiam colligi possunt in I β', si qui terminus fuit maior, in minoris locum substituitur et qui fuit minor, in locum maioris. Ne quis igitur negligentius factum putet ab Aristotele, quod maiorem a minore positione tantum distinguendum dixerit, hoc et in secunda et in tertia figura fieri aliter non posse moneamus. Causa in eo est, quod ordo et positio terminorum in una prima figura naturae conveniens est, quippe in qua maior a minore non positione solum, sed re ipsa differt: unde fit, ut syllogismi secundae et tertiae figurae in primam converti debeant, si quis intelligere velit quae sit vera ratio quae inter terminos obtineat et quomodo conclusio ex propositionibus conficiatur.

27a10 Scripsimus τῷ ζ' τὸ N, vulgo τὸ ζ' τῷ N, quod, quamquam recte colligi videmus vs. 12, tamen non ferendum putavimus, quia vera huius syllogismi conclusio, quam hoc loco Aristotelem proponere manifestum est, non exprimerè debet, num terminus minor ζ' praedicetur de maiore N, sed num maior de minore praedicetur: nam ut syllogismus conficiatur, ipse docet conclusionem ζ' N convertendam esse in N ζ' (vs. 13). Non recte habere vulgarem lectionem Trendelenburgius vidit (Elem. log. p. 8. coll. p. 90 not.), qui scribi voluit

τὸ *N* τῶ *Δ*. Nostram lectionem et propter emendationis facilitatem et propter codicum vestigia, quae secuti sumus, praetulimus: Bekkerus in ed. minore Berol. 1843 Trendelenburgii emendationem recepit.

27 a 14 Haec (dicit II *α'* et II *β'*) etiam demonstrantur deductione facta ad absurdum, qua quod conclusioni repugnat coniungitur cum propositione maiore, ut concludatur quod repugnet propositioni minori: fit autem deductio syllogismi II *α'* per I *δ'*, deductio syllogismi II *β'* per I *γ'*.

27 b 2 De eadem συζυγία loquitur de qua a 37, licet aliter expressa propositione minore.

27 b 17 Quid sit quod vitiosi aut certe imperfecti habeat haec demonstrandi ratio, qua exemplis expositis non fieri syllogismum probatur, hoc loco apparet. Nam ut colligat quod vult, Aristoteles coactus est ad aliam rationem confugere, qua fidem faciat ei quod contendit (vs. 20). Quod quidem antequam aggredditur, deductione facta ad absurdum (vs. 18) ostendit terminos τοῦ παντὶ ὑπάρχειν inveniri non posse.

27 b 20 ἔκ δὲ τοῦ ἀδιορίστου δευκτέον. Male Zell „Es ist dasselbe nun noch von unbestimmt ausgedrückten Vordersätzen nachzuweisen“, quamquam recte 29 a 26 „Man muß diese aus der Natur des Unbestimmten zeigen“. Namque ἔκ τοῦ ἀδιορίστου est ἔκ τοῦ ἀδιορίστου εἶναι τὴν κατὰ μέρος πρότασιν. Quum terminis expositis probari non possit non fieri syllogismum, alia demonstratione opus est. Eandem iam habuimus 26 b 14 sqq.

27 b 27 τοῦ δὲ παντὶ οὐκ ἔσται λαβεῖν. Explicemus quod Aristoteles innuit, ut patefiant etiam ea quae praecesserunt, si cui minus clare ab Aristotele exposita esse videantur. Namque si ponimus *N* praedicari de omni *X*, *M* autem de omni *N* praedicari concessum erat, sequitur *M* praedicari de omni *X*, quod hypothesei repugnat, qua *M* non nisi de parte termini *X* praedicari diximus. — Apparet inde ambiguitas, in quam Aristoteles incidit, quum propositionem particularem indefinitam appellaret. Etenim si et in iis quae demonstravit vs. 18 sq. et in iis quae nos modo diximus particularis non acciperetur sensu proprio, ut esset ea quae de altera parte affirmaret quod de altera negandum esset, sed idem valeret quod indefinita, ut de altera quidem parte affirmaret quod fortasse non negaret de altera, omnis haec demonstrandi ratio vana esset et

inanis. Quibus expositis clarum est, cur codd. *Ci* vs. 19 scriptum habeant *τινὶ μὴ ὑπάρχειν*, quod longe praestaret, nisi altera lectio et ipsa Aristotelis in scribendo negligentia et ambiguitate commendaretur, qua particularem propositionem hoc loco eam dixit, quae de altera parte affirmet quod de altera neget, ut eandem fere vim habeant *τὸ τινὶ ὑπάρχειν* et *τὸ τινὶ μὴ ὑπάρχειν*. — In demonstratione pergimus vs. 28 *ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀδιορίστου δευκτέον*. Quia *M* de aliquo *X* praedicari dicitur, non solum quum de aliquo quidem praedicatur, de aliquo non praedicatur, sed etiam quum de omni praedicatur, et quia non fit syllogismus, quum *M* de omni *N* et de omni *X* praedicatur, apparet non fieri syllogismum, etiam quum *M* de omni *N* et de aliquo *X* praedicatur.

27 b 37 Dedimus *μηδ' ἑτέρῳ* pro *μηδετέρῳ*. Zell vulgarem lectionem vertit „wenn keiner von beiden allgemein ist“, quod si sibi voluisset Aristoteles, certe dixisset *ἢ μηδετέρῳ παντὶ ὑπάρχει ἢ μὴ ὑπάρχει*. Etenim quum proxime praecessisset *ἢ τῷ μὲν* (intell. *ὑπάρχει τινὶ*) *τῷ δὲ μὴ* (intell. *ὑπάρχει τινὶ*), ad verba *ἢ μηδετέρῳ παντὶ* non poterit mente intelligi *ὑπάρχει ἢ μὴ ὑπάρχει*, sed nihil nisi *ὑπάρχει*: quare si legimus *ἢ μηδετέρῳ παντὶ*, hoc vix aliter poterit reddi quam „oder wenn keiner von beiden allgemein bejahend ist“, quod ab hoc loco plane alienum est, quia non nisi de coniugationibus propositionum particularium sermo est: nam si neutra dicitur universe affirmare, hoc et de iis accipi poterit quae de parte vel affirmant vel negant et de iis quae universe negant. Quid? quod, etiam si quis verba *μηδετέρῳ παντὶ* ita interpretari velit, ut significant utramque propositionem negantem de parte, ne hoc quidem ferri poterit, quum eandem propositionum coniugationem iam significaverit verbis *ἢ μὴ ὑπάρχει*, quae praecesserunt. Quod si autem legimus *ἢ μηδ' ἑτέρῳ παντὶ* cum cod. *u*, hoc idem erit, ac si diceret *ἢ τῷ ἑτέρῳ μὴ παντὶ*: *τὸ μὴ παντὶ* autem Aristoteli idem est quod *τὸ τινὶ μὴ* (v. quae diximus ad 24 a 19), ut verba *ἢ μηδ' ἑτέρῳ παντὶ* idem plane significant quod *τῷ δὲ μὴ*, quae proxime praecesserunt. Confirmatur nostra explicandi ratio iis quae habemus 29 a 8 *ἢ ὁ μὲν τινὶ*, *ὁ δὲ μὴ παντὶ*, quibus verbis quin idem significetur de tertia figura quod nostro loco de secunda verbis *ἢ μηδ' ἑτέρῳ παντὶ*, vix erit qui dubitet: eadem enim sunt et quae praecedunt et quae sequuntur: quare

planius dixisset nostro loco ἢ τῷ μὲν τινι τῷ δὲ μὴ παντί, sed brevius est ἢ τῷ ἑτέρῳ μὴ παντί, quum adhuc in mente habuerit alterum orationis membrum ἢ τῷ μὲν (intell. ὑπάρχει τινι). Deinde nostram emendationem comprobant etiam quae habuimus 27 b 2, ubi earundem propositionum coniunctionem considerat, quam habuit 27 a 37, nisi quod μὴ παντί posuit pro τινι μὴ. Quod si quis scribendum putet ἢ μηδετέρῳ παντί, haec verba, ut ferri possint, non poterunt non poni illico post μὴ ὑπάρχει quod praecessit.

28 a 3 ἀνάγκη τοὺς ὄρους . . . quia nullam συζυγίαν praetermisit quae e binis propositionibus fieri potest, v. quae ex Appuleio adscriptimus ad 26 a 17.

28 a 6 δ ἢ ἐνυπάρχει . . . quae aut elici possunt e rationibus, quae termini inter se habent (conversiones propositionum intelligit), aut ponuntur ut novae ὑποθέσεις, quas 27 a 17 nudo vocabulo ἄλλα significavit. Numerum pluralem τίθενται posuit, quamquam praecessit ἐνυπάρχει: in mente enim habebat quod aequi debebat ὑποθέσεις. Similis est constructio 996 a 32 τῶν σοφιστῶν τινὲς οἷον Ἀριστικπος προεπηλάκειεν αὐτάς. Minus offendit quod legitur 981 b 3 τοὺς δ' ὥσπερ καὶ τῶν ἀψύχων ἓνα ποιεῖν μὲν (νομίζομεν intell.), οὐκ εἰδῶτα δὲ ποιεῖν δ ποιεῖ οἷον καλεῖ τὸ πῦρ. De facilitate qua Aristoteles ab altero numero transit ad alterum v. quae conguessimus ad 69 b 3.

Cap. 6. De tertia figura. 18 Syllogismi qui fiunt e binis propositionibus universalibus exponuntur. b 5 De coniugationibus universalis propositionis cum particulari, si utraque affirmat, 15 si altera affirmat, altera negat, 38 si utraque negat. 29 a 6 De coniunctione propositionum particularium. 11 De iis quae colligere licet de tertia figura universa.

28 a 19 et 27 ὅτι, ut vs. 39, non causam indicare, cur fiat syllogismus, sed ipsum syllogismum qui fiat explicare, non monerem, nisi Zell reddidisset per „weil“. Idem fecit 29 a 37.

28 a 23 διὰ τοῦ ἀδυνάτου: Si falsum esse ponimus P praedicari de aliquo R, verum erit P de nullo R, erat autem R de omni S. P igitur de nullo S praedicabitur, quod repugnat hypothesei. Demonstratio, quam τῷ ἐκθέσθαι fieri dicit, haec est. Si et P et R de omni S praedicantur, promatur (ἐκτιθέσθω) aliqua pars eorum quae sunt S, ita ut P et R in hac

- parte, quam vocamus N, convenient: etenim de quacunque parte termini S praedicatur P, de ea etiam R, ut termini P et R commune habeant quod littera N notavimus: quare P praedicabitur de aliquo R; praedicatur enim de eo quod est N.
- 28a29 *διὰ τοῦ ἀδυνάτου*: Si P de omni R praedicari ponimus, quum R de omni S praedicari concessum sit, P quoque de omni S praedicabitur, quod hypothesi repugnat.
- 28b13 *ὁ γὰρ αὐτὸς ...* Eadem est demonstrandi ratio, quia in eo posita est, ut propositio particularis convertatur: differt autem in eo, quod in illa maior, in hac minor convertitur, in illa duabus conversionibus, in hac una opus est. — Exempli gratia exponamus, quomodo syllogismus III *δ' τῆ ἐκθέσει* (vs. 14) probetur. Sit P de omni S, R de aliquo. Ea pars de qua praedicatur R appelletur N. De eadem igitur praedicabitur P, quia de omni S. Participes sunt igitur invicem P et R alter alterius, nam quum uterque inhaereat in N, inter se cohaereant necesse est.
- 28b25 *οὐκ ἔστι λαβεῖν ...* Eodem modo haec explicantur atque quae habuimus 27b27.
- 28b28 Eadem, ait, his conveniet demonstratio *ἐκ τοῦ ἀδιορίστου* quam iam habuimus 27b20; *λαμβάνειν* h. l., ut 1359a30, de quaestione instituenda dictum est: quare Zell verba magis quam rem expressit dicens „Man muss diesen Fall ebenso nehmen wie die ähnlichen früheren“.
- 28b32 Quum Aristoteles vs. 15—38 agat de conjugationibus propositionis affirmantis cum negante, quarum altera universalis sit, altera particularis, non opus est adiiicere, qualis sit altera propositio, si maiorem negantem esse dixerit: quare ut verba quae habent rc. *AB* vs. 22, sic etiam quae vs. 32 in codd. *Adf* ommissa sunt explicationis gratia videntur addita esse, praesertim quum etiam vs. 36 post *ὅταν δέ*, quae respondent verbis *ὅταν μὲν* vs. 32, nihil additum sit de propositione maiore. Tamen vs. 32 verba *ὁ δὲ ἐλάττων κατηγορικὸς* delere non ausi sumus, quia scribentium negligentia haec ommissa esse haud improbabile est.
- 28b38 Dedimus *ἐν ἀμφοῖν* ex codicibus: medium locum, inquit, inter utrumque terminum tenet *τὸ ἄγριον*.
- 29a7 *ἢ ὁ ... μὴ ὑπάρχει* non omittenda esse similitudo suadet huius loci cum iis quae habuimus 27b36 sqq. Praeterea etiam quae praecesserunt *ὑπάρχει ἢ μὴ ὑπάρχει* facile ista per negligentiam omitti potuisse docent.

Cap. 7. Si altera propositio affirmat, altera universe negat, semper fit conclusio, in qua terminus minor de maiore praedicatur. 30 Imperfecti syllogismi omnes reduci possunt ad primam figuram. b1 Ad I α' et β' reducuntur et syllogismi secundae figurae, 6 et syllogismi I γ' et δ', 20 et syllogismi figurae tertiae.

29 a 21 Zell et Biese (I. p. 146 vs. 4) lectionem codicis *C* probaverunt, quam non receperimus, quia coniunctiones binarum propositionum vel affirmantium vel negantium opponuntur coniunctionibus propositionis affirmantis cum negante, sive universales sunt sive particulares: quare verba *καὶ ἐπὶ μέρους* non ferenda sunt. Dicit enim hoc. Si ex coniunctione quacunque propositionum *ὁμοιοσχημόνων* non fit unus eorum syllogismorum quos adhuc exposuimus, nihil omnino ex ea colligitur; etiamsi autem ex coniunctione propositionum *ἀνομοιοσχημόνων*, quae alteram habet universe negantem, non fit unus ex iis syllogismis quos exposuimus, tamen ex ea elici potest conclusio, in qua terminus minor de maiore praedicatur. Quos quidem concludendi modos scholastici philosophi appellaverunt syllogismos indirectos. — Latius patere *τὸ ἀναγκαῖόν τι γίνεσθαι* quam *τὸ συλλογισμὸν γίνεσθαι* et probant quae legimus 47 a 22—35 et ipsa syllogismi definitio 24 b 18: quare quod nostro loco dicit *οὐδὲν ὅλως γίνεται ἀναγκαῖον* hoc est: non solum non fit syllogismus, sed nihil omnino est quod inde consequatur necessario.

29 a 26 *ὁμοίως δὲ καὶ* ... Indirecti syllogismi qui fiunt in reliquis figuris tres sunt. In secunda sic. A de aliquo B, sed de nullo C: C igitur de nullo et B de aliquo A, quare (III γ') C de aliquo B non praedicatur. In tertia duo modi restant. A vel de omni vel de aliquo C, B de nullo C, ex quibus conversis fit C de nullo B, sed de aliquo A: B igitur de aliquo A non praedicatur (II γ').

29 a 27 Alexander causam, cur *τὸ ἀδιόριστον* hoc loco de affirmativa propositione particulari sola dictum sit, nimis quaesivit: est autem in eo, quod, quom Aristoteles non agat nisi de coniunctione propositionum *ἀνομοιοσχημόνων*, quarum altera universe neget, altera, si est *ἀδιόριστος*, non potest non affirmare de parte.

29 a 31 *δεικτικῶς περαινέσθαι* dicuntur syllogismi, qui nihil novi assumunt, sed ex ipsa ratione, quam termini inter se habent,

demonstrant quod propositum est, sive recta via sive propositionibus conversis. Opponitur τῷ δεικτικῶς τὸ διὰ τοῦ ἀδυνάτου: nam ut fiat deductio ad absurdum, nova hypothesis opus est, quae non contineatur iis quae data sunt. Zell p. 228 not. „Diese Schlüsse, hier bei Aristoteles δεικτικοὶ (zeigende) genannt, sind solche, welche unser logischer Sprachgebrauch jetzt kategorische nennt“. Minime: nam categorici syllogismi, qui dicuntur, hypotheticis opponi solent et disiunctivis, τὸ δεικτικὸν vero τῷ διὰ τοῦ ἀδυνάτου περιαινομένῳ.

29 b 6 Ostendit syllogismus I γ' et δ' reduci ad secundam figuram, cuius syllogismi quum omnes reducuntur ad I α' et β', etiam I γ' et δ' ad I α' et β' reduci apparet.

29 b 18 οἱ κατὰ μέρος, intell. οἱ ἐν τῷ πρώτῳ σχήματι.

29 b 28 Meliores codices prius habuerunt ἄλλους pro ἀλλήλους, vet. intp. „et ad alios (illos cod. Goth.) qui ex aliis vel ad se invicem“, unde Buhle καὶ πρὸς ἄλλους οἱ ἐκ τῶν ἐτέρων καὶ πρὸς ἀλλήλους. Exsultat, quod invenerit lectionem, qua tollantur difficultates quibus locus impeditus fuerit. Versio Boethiana similia habet: „et ad invicem et ad eos, qui ex aliis sunt figuris“. Mihi quidem longe difficiliter videtur quod ille recepit. Namque exposuit Aristoteles et quomodo fiant syllogismi in singulis figuris (cap. 4—6) et quomodo secunda figura et tertia ad primam reducatur (cap. 7). Iis verbis autem, de quibus nunc dicimus, summam totius disputationis quae praecessit complectitur, quod item fecit ex more in fine cuiusque figurae: quare si dicit se exposuisse et quomodo fiant singuli syllogismi et quam rationem inter se habeant, omnia plana sunt. Quod Boethius habet et vet. intp. „vel ad se invicem“ hoc ita natum puto, ut quis deleverit quod in fine adiectum erat σχημάτων, in cuius locum substituit ἢ πρὸς ἀλλήλους, ut verba πρὸς ἀλλήλους in alio codice inventa pro verbis πρὸς ἄλλους in contextum recipienda esse significaret.

Cap. 8. Alii syllogismi sunt τοῦ ὑπάρχειν, alii τοῦ ἀναγκαῖον εἶναι, alii τοῦ ἐνδέχεσθαι. 36 De syllogismis qui fiunt e binis propositionibus necessariis.

29 b 29 Triplex est aliquid de aliquo praedicandi ratio: quare quum syllogismus totus pendeat e ratione, qua alterum de altero praedicatur, patet diversos exire syllogismos, si illa ratio diversa sit. Iam quum egerit de syllogismis qui fiant ex iis

propositionibus, in quibus simpliciter aliquid asseratur (die assertorischen), restat ut dicat de iis, quorum propositiones aliam habeant praedicandi rationem. Quae quidem ratio aut ita comparata est, ut in utraque propositione necessario praedicetur alterum de altero (apodiktische), aut ita, ut in utraque dubium sit, utrum alterum de altero affirmandum sit an negandum (problematische), aut ita, ut non eadem in utraque propositione praedicandi ratio obtineat (*μίξις*). In iis autem syllogismis, de quibus Aristoteles in sequentibus disputat, apparet non opus esse, ut etiam eas propositionum coniugationes retractet, ex quibus simpliciter sumtis non fieri syllogismum demonstravit. Nam e ratione praedicandi quae in propositionibus obtinet, non pendet, num fiat conclusio an non fiat, sed nihil ex ea pendet nisi ratio, qua praedicandum est quod praedicatur in conclusione, h. e. pendet ex ea qualis fiat conclusio, τὸ ἢ ὑπάρχον εἶναι ἢ ἀναγκαῖον ἢ ἐνδεχόμενον τὸ συμπεράσμα.

29 b 33 καὶ οὐχ ὁμοίως . . . quum neque termini eandem inter se rationem habeant atque in iis syllogismis, de quibus adhuc diximus.

30 a 8 οὐχ ὁμοίως . . . Syllogismi II δ' et III ε' non ut in simplicibus demonstrantur deductione facta ad absurdum. Nam ut fiat deductio, id ponendum est quod conclusioni repugnat. Conclusioni autem, quae statuit B de aliquo C necessario non praedicari (syllogismum II δ' intelligimus), contradicimus, si B de omni C praedicari posse affirmamus. Quod sive cum maiore sive cum minore propositione coniungitur, conclusio certe non erit necessaria ex altera propositione necessaria, altera incerta. Demonstratio igitur per *ἐκθεσίην* haec erit. A de aliquo C necessario non praedicatur: de qua igitur parte termini C necessario negatur A, ea appellatur D, ut A de omni D necessario negetur. Quum autem A de omni B necessario affirmetur, sequitur (II β') B de nullo D posse praedicari, B igitur de aliquo C necessario non praedicabitur. Ex iis quae diximus perspicuum est, quomodo etiam syllogismus III ε' per *ἐκθεσίην* demonstrandus sit: quam demonstrationem qui confecerit videbit verba ὅτι τινὶ ἐκάτερον μὴ ὑπάρχει non de III ε' dicta esse, sed de syllogismo II δ' solo, quippe in quo terminus C is est, ad quem verba ὅτι . . . ὑπάρχει respiciunt: nam ei parti termini C, quam D appellavimus, neutrum convenit, h. e. neque A neque B

de D praedicari possunt. Ut et de II δ' et de III ε' dicta essent quae Aristoteles non nisi de altero syllogismo solo dixit, scribendum fuisset ἐκθεμένους ἢ ᾧ τινὶ ἐκείτερον μὴ ὑπάρχει (II δ') ἢ ᾧ τινὶ θάτερον μὲν (terminus minor) ὑπάρχει, θάτερον δὲ (terminus maior) μὴ ὑπάρχει (III ε'). Etiam quae sequuntur vs. 10 κατὰ . . . συλλογισμόν de II δ' solo accipienda sunt, quum in syllogismo III ε' τὸ ἐκτιθέμενον non est pars termini minoris ut in II δ', sed pars medii termini, qui a conclusione utique alienus est.

30 a 11 Servavimus cum Bekkero ἀναγκαίως, quamquam expeditior esset oratio, si scriptum exstaret ἀναγκαῖος. Difficiliorem lectionem et codicum vestigia, qui habent ἀναγκαῖος, videntur comprobare et quae adiecta sunt ἐπὶ τούτων: namque sententia haec est. Sequetur enim aliquid necessario terminis sic se habentibus ut diximus. Similia sunt quae habentur 30 b 24, 31 b 27 al.

30 a 13 ἐν τῷ οἰκείῳ σχήματι, in ea figura quam positio terminorum indicat.

Cap. 9. De syllogismis primae figurae, qui fiunt ex conjunctione propositionis necessariae cum propositione simplici. 17 De syllogismis universalibus, 33 de particularibus.

30 a 22 τὸ δὲ Γ τι τῶν Β ἐστὶ. Imitans ἐκθεσὶν in ipso syllogismo in locum termini B terminum C substituit, quippe qui contineatur altero: scilicet optime Aristoteles perspexit omnem ratiocinandi vim in eo esse, quod alterum in altero insit ut pars in toto. Etenim syllogismus de iisdem universis est, de quibus singulis ἐκθεσις. — Bekkerus invitis codicibus dedit καὶ τὸ Γ, quod quem sensum habere possit non video. Nam quum Aristoteles dixerit „Quum de omni B necessario praedicari vel non praedicari sumserimus terminum A, C autem insit in termino B”, necesse est sequatur conclusio „A de omni C necessario praedicabitur vel necessario non praedicabitur”: quare bene Zell „so ist nothwendig, daß auch für C das Eine oder das Andere stattfinden muß”. Nam quod addit ἐξ ἀνάγκης ἔσται θάτερον τούτων haud scio an aliter explicari nequeat quam ἐξ ἀνάγκης ἔσται ἢ τὸ ὑπάρχειν ἢ τὸ μὴ ὑπάρχειν.

30 a 25 ἔστι optimi codd. cum Boethio tuentur: ἔσται reiecimus, quia correctionis speciem habet.

30 a 26 Quomodo fiat demonstratio in prima figura docuit Philo-

ponus (v. schol. ad h. l.). In tertia demonstratio eadem est non conversa propositione minore (III α').

30 a 40 τὸ γὰρ Γ . . . Eam partem termini Γ intelligit, de qua praedicatur τὸ Β. Quod vs. 22 expressit per pronomen indefinitum τι, idem nunc significat per praepositionem ὑπό. Post παντὶ addi solet τὸ Α, quod suspicionem movet: in aliis codicibus enim transpositum est, in aliis omissum. Certe verisimilius est additum esse aliena manu explicationis gratia, quam deletum esse, si repertum fuisset.

30 b 4 οὐδὲν γὰρ ἀδύνατον . . . Nihil enim, ait, consequitur quod absurdum sit, si conclusionem ponimus non necessariam, sicut etiam in universalibus syllogismis nihil absurdi sequebatur, si conclusionem, quae fiebat ex propositione maiore simplici et minore necessaria, fecimus non necessariam. Namque (quod vidimus 30 a 23 — 28) tantum abest, ut aliquid absurdi eveniat, si conclusionem, quae fiat e maiore propositione simplici et minore necessaria, non necessariam faciamus, ut aliquid absurdi exeat, si eam ponamus necessariam esse: quare etiam in particulari syllogismo, qui est e maiore propositione simplici et minore necessaria, conclusio esse debet non necessaria: quod si non verum esset, absurdi aliquid sequi deberet conclusione facta non necessaria. Non ab omni parte probandam esse hanc demonstrationem equidem non nego, sed quum iam quaeratur, quid dixerit Aristoteles, non quid recte dixerit, quid non, nihil mutandum erit. Excusari certe poterit iis quae diximus ad 29 b 29 extr.: collegit enim κατ' ἀναλογίαν talem esse debere conclusionem syllogismi particularis, qualis fuerit conclusio universalis syllogismi, qui particulari respondeat, quia praedicandi ratio, e qua sola pendeat qualis fiat conclusio, in utroque eadem sit.

Cap. 10. De syllogismis secundae figurae, qui fiunt ex coniunctione propositionis necessariae et simplicis. 9 De universalibus syllogismis, qui fiunt aut ex propositione necessaria negante et simplici affirmante, 18 aut e necessaria affirmante et simplici negante. 31 a 1 De particularibus syllogismis.

30 b 14 καὶν dedimus ex coni. propter verbum τῆδ᾽ ἣ quod sequitur, v. 31 b 37. Idem mendum in codd. occurrit 34 b 5.

30 b 20 Omisso syllogismo II α' statim agit de II β' : nam alter nihil habet proprii: siquidem conversa propositione maiore fit

I β', in quo conclusio non fit necessaria, si maior simplex est et minor necessaria. Neque syllogismi II β' conclusionem necessariam fieri, si propositio necessaria affirmet, tribus modis probat: ac primum quidem per conversionem propositionis minoris, deinde v. 25 deductione facta ad impossibile, denique vs. 31 per expositionem terminorum.

30b25 *συμβαίνει τὸ Γ . . .* Nam hoc hypothesei repugnat, quae sumsimus A de nullo C praedicari quidem, neque tamen necessario praedicari de nullo C, unde sequitur etiam C praedicari de nullo A, neque tamen necessario non praedicari de aliqua parte eius.

30b26 *μηδενὶ ὑπάρχειν ἐξ ἀνάγκης* ambiguum est: potest enim et de eo accipi, quod de nullo praedicatur et necessario quidem de nullo (quod vs. 10 dixit *μηδενὶ ἐνδέχασθαι*), et de eo, quod necessario quidem non praedicatur de ullo, sed *ὑπαρχόντως* vel *ἐνδεχομένως* de nullo vel de omni vel de non omni. Eadem est ambiguitas, si verbo *ἐνδέχασθαι* negatio adiicitur: significat enim *τὸ ἐνδέχεται μηδενὶ* „non potest fieri, ut de aliquo praedicetur, h. e. de nullo praedicatur et necessario quidem de nullo” aut „fieri potest, ut de nullo praedicetur” (v. 33a2): nam *τὸ μηδενὶ ἐνδέχασθαι* aut est *μὴ ἐνδέχασθαι ὑπάρχειν ὧτινιούσιν* aut *ἐνδέχασθαι ὑπάρχειν μηδενὶ*. Priori sensu accipitur et *τὸ μηδενὶ ὑπάρχειν ἐξ ἀνάγκης* et *τὸ μηδενὶ ἐνδέχασθαι*, ubi sermo est de propositionibus necessariis. Bene cavet ne quid ambigui haberet oratio 30a27.

30b33 *τούτων ὄντων*. In mente habet quae dixit vs. 7—9, quare Zell „unter den angegebenen Bedingungen”. Vs. 37 explicat, quid sibi velint verba *τούτων ὄντων*. Docet enim conclusionis necessitatem suspensam esse ex propositione negante: nam quum propositio de toto negat, etiam conclusio non negans esse non poterit. Quae quidem Aristotelis verba suspicionem movent, quod hoc loco necessitatem, qua conclusio colligitur ex propositionibus, non satis distinxit a necessitate ipsius conclusionis: conclusio enim non fit necessaria, etiam si necessario colligitur. Verbis *τούτων ὄντων ἀναγκαῖον* significat id quod dicere solet *ἐξ ὑποθέσεως ἀναγκαῖον* (de quo v. Biese I. p. 129 not. 4), cf. 336a15 *ἔτι δὲ ἐπεὶ ἢ κατὰ τὴν φορὰν κίνησις δέδεικται ὅτι ἀττιος, ἀνάγκη τούτων ὄντων καὶ γένεσιν εἶναι συνεχῶς*. — Vs. 34 ὁμολως est „item ac modo habuimus in syllogismo II β'.

31a1 *ὁμολως δ' ἔξει . . .* Ut syllogismi II α' et β' conclusionem

necessariam habebant, si propositio universalis negativa est necessaria, sic etiam II γ' et δ' . Eius coniugationis, quae in syllogismo II γ' minorem habet necessariam, maiorem simplicem, mentionem omnino non fecit: apparet autem ex iis quae de prima figura dixit conversa propositione maiore non fieri conclusionem necessariam.

31 a 4 Locum explicans Zell vertit „Wenn aber der bejahende Vordersatz allgemein und nothwendig ist, der verneinende aber partikulär und nicht nothwendig”; non recte. Nam Aristotelis verba etiam de ea propositionum coniunctione accipi poterunt, de qua agit vs. 15 seq., non ita quae dedit Zell.

31 a 9 Dedimus *A τὴν τῶν* ut in iis quae proxime sequuntur et b 1.

31 a 14 Satis habet terminis propositis comprobare, quod conclusio non fiat necessaria.

Cap. 11. De syllogismis tertiae figurae, quorum altera propositio necessaria est, altera simplex: 24 de syllogismo III α' , 34 de syllogismo III β' . b 12 De particularibus syllogismis: 16 de syllogismis III γ' et δ' , 33 de syllogismis III δ' et ζ' .

31 b 1 τὸ δὲ Γ τὴν τῶν Β, intell. ἐξ ἀνάγκης.

31 b 3 μὴ ἀναγκαίως οὐσης. Non ita hoc expressit 30 a 33. Sed quod dicit non de prima figura universa intelligendum est, sed non nisi de quarto eius syllogismo, de quo solo hic loquitur.

31 b 5 τὸ δ' ἐφ' ᾧ Β non idem est quod τὸ δὲ Β: hoc enim terminum significat, illud rem ad quam terminus refertur, quamquam hoc discrimen non semper observatur ab Aristotele, e. g. 21 b 23, 27, 28 sine discrimine ponuntur ἐφ' οὗ Η, ἐφ' οὗ τὸ Η, ἐφ' ᾧ τὸ Ζ. 854 a 26 τὸ μὲν ἔταρον ἀκρον ἐφ' ᾧ τὸ Α, τὸ δὲ ἔταρον τὸ Β, cf. 52 a 16 sq. 34 a 7 dicitur ἐφ' ᾧ τὸ Α, ne quid ambigui oratio habeat: nam ἔστω τὸ Α δυνατόν et significare potest „Ponamus rem Α fieri posse” et „Ponatur terminus Α = δυνατόν”; quare dicit ἔστω τὸ ἐφ' ᾧ τὸ Α δυνατόν „Ponamus id quod termino Α notatur fieri posse”.

31 b 6 ἐνδέχεται μηδενί quo sensu accipiendum sit (et hic et 32 a 3) docet vs. 8.

31 b 8 Discrimen τοῦ ἐνδεχομένου et τοῦ δυνατοῦ, quod indicavimus ad 25 a 37, Aristoteles ipse hic comprobat. Nam quum δυνατόν dicatur, cui, quin sit, rerum natura non repugnet, ἐνδεχόμενον, cui, quin cogitari possit, rei notio non repugnet, quod

Aristoteles dicit est hoc. Bonum quominus de omni animali praedicetur neque boni neque animalis notio impedit, h. e. non contradicit notio boni notioni omnis animalis, quam autem certis terminis expositis (h. e. ex ipsa rerum natura) probandum sit conclusionem non fieri necessariam ex propositione maiore simpliciter negante et minore necessario affirmante, exemplum quod sumsimus non satis aptum est: nam rerum natura nos docet fieri non posse, quin omne animal bonum sit, quamquam cogitari certe potest. De discrimine τοῦ ἐνδεχομένου et τοῦ δυνατοῦ v. 736 b7 δεῖ προθυμείσθαι κατὰ δύναμιν λαβεῖν καὶ καθ' ὅσον ἐνδέχεται. 915 a34 ἡ φύσις ἐκ τῶν ἐνδεχομένων πάντα ποιεῖ ὡς δυνατόν ἄριστα καὶ κάλλιστα. 1047 a21 ἐνδέχεται δυνατόν μὲν τι εἶναι μὴ εἶναι δέ, καὶ δυνατόν μὴ εἶναι εἶναι δέ. 1050 b13 τὸ δὲ δυνατόν μὴ εἶναι ἐνδέχεται μὴ εἶναι. 1088 b19 τὸ δυνατόν ἐνδέχεται καὶ ἐνεργεῖν καὶ μὴ. 1049 b13 τῷ γὰρ ἐνδέχεσθαι ἐνεργῆσαι δυνατόν ἔστι τὸ πρῶτως δυνατόν: quare 700 a3 τὸ γὰρ ὅλως ἀκίνητον ὑπ' οὐδενὸς ἐνδέχεται κινήθῃναι et de coel. 274 b13 ἀδύνατον γὰρ γίνεσθαι ὃ μὴ ἐνδέχεται γενέσθαι. Apparet ex his, quomodo fieri possit, ut quod 66 b20 dicatur ἐνδεχόμενον ib. vs. 34 dici possit ἀδύνατον et vs. 36 οὐκ ἐγγωρεῖ: nam quamquam cogitari potest, ut fiat, tamen rerum natura impedit, quominus fieri possit; v. quae dicemus ad 66 b18.

31 b17 τὸ δὲ *A* ὑπὸ τὸ *Γ* ἔστιν, h. e. τὸ δὲ *Γ* τινὶ τῷ *A* ὑπάρχει μόνον διὰ τὸ ἀντιστρέφειν τὴν κατὰ μέρος. — ἀνάγκη τὸ *B*... Clarius dixisset καὶ τὸ *B* τινὶ τῷ *A* ὑπάρχει ἐξ ἀνάγκης. Nam non est quod probet necessario fieri conclusionem, sed colligi id quod necessarium est: colligitur τὸ ἀναγκαῖον, non τὸ ἀναγκαῖως συμβαίνειν.

31 b35 De syllogismo III ε' prius agit quam de III ε'. — Vs. 38 verba καθόλου et τὸ στερεητικὸν κατὰ μέρος ad III ε' spectant, verba ἐν μέρει ad III ε'.

31 b39 τὰ μὲν γὰρ ἄλλα... Causae, ex quibus fit, ut conclusio non sit necessaria, eadem sunt quas in reliquis figuris exposuimus. Nam de III ε' eadem valet demonstrandi ratio quam de II δ' habuimus 31 a10 — 17, ita tamen, ut demonstratio tertiae figurae adaptanda sit: III ε' autem conversa propositione minore ad I δ' redigitur.

32 a35 Dedimus ζῶον μέσον, non μέσον ζῶον ut Bkk., quis et Alexander et codices nostri fere omnes antiquam lectionem

fuisse probant *δίπουν μέσον*: hanc enim habuit *B*, habet *α*, videntur habuisse libri ex quibus *ifm* descripti sunt. Ex hac igitur lectione videtur ortum esse quod praebent *Α δ δίπουν μέσον ζῶον* (quamquam *d* corrigendum putavit *ζῶον μέσον*): probabile est enim eum, qui legeret *δίπουν μέσον*, perspicentem quod lateret vitium ex sua opinione in fine *ζῶον* adiecit. Deinde ut scriberem *ζῶον μέσον* etiam hoc me movit, quod verisimile est ab iterato vocabulo *ζῶον* depravationis originem repetendam esse.

Cap. 12. Comparat simplices syllogismos cum necessariis.

32a6 Biese I. p. 147 „Vergleicht man diese Modalschlüsse mit den aus einfachen Urtheilen gebildeten, so sind sie darin verschieden, daß die letzteren die positive Aussage, daß etwas ist, nur dann im Schlusssatze enthalten, wenn beide Vordersätze bejahend sind, dagegen ..“; sic etiam Iul. Pacius τὸ ὑπάρχειν de affirmatione intellexit, quamquam meliora edoceri poterant ab Alexandro: opponitur enim in sequentibus τὸ ὑπάρχειν τῷ ἀναγκαῖον εἶναι, ut syllogismi simplicitas necessitati opposita (der assertorische Schluss gegenüber dem apodiktischen) significetur: etenim neque reliquae locum explicandi rationes admittendae sunt quas Alexander proponit, neque huic loco convenit, ut dicatur de conclusione affirmante. Aperte igitur Aristoteles dicit non esse conclusionem simpliciter asserentem aliquid nisi ex propositionibus simplicibus. At modo ostendit simplicem conclusionem interdum etiam colligi ex altera propositione necessaria, altera simplici. Tamen recte dicit simplicem conclusionem non fieri nisi ex propositionibus simplicibus. Namque τὸ ἀναγκαῖον maiorem quasi dignitatem habet et vim quam quod simpliciter asseritur, τὸ ἐνδεχόμενον vero dignitate superatur ab eo quod asseritur simpliciter. Quare τὸ ἀναγκαῖον dici poterit ὑπάρχον et ἐνδεχόμενον, neque tamen vice versa τὸ ἐνδεχόμενον vel τὸ ὑπάρχον dici poterunt ἀναγκαῖον: nam quod necessarium est, id et fit et fieri potest, sed τὸ ὑπάρχον et τὸ ἐνδεχόμενον, ut recte dicerentur necessario fieri, ad altiore quasi, quem per se non habent, dignitatis gradum promoveri deberent. (Comprobant nostram sententiam et quae Aristoteles dixit 29b30—32 et quae Trdlbg. disseruit de ratione quae obtineat inter δύναμιν et ἐντελέθειαν de an. lib. II init., Biese I. p. 475.) Quae quum

ita sint, quamquam conclusionem simplicem colligere licet et e binis propositionibus necessariis et ex altera necessaria, altera simplici, tamen, quia hoc per se intelligitur, conclusionem simplicem non fieri dicit, nisi utraque propositio simplex sit. Scilicet necessaria interdum exit conclusio, etiam si altera propositio inferiorem quasi gradum tenet, h. e. si simpliciter aliquid asserit, simplex vero non exit, nisi utraque propositio simpliciter saltem asserit.

32a 16 et b 20 σχεδόν, vocabulum Aristoteli hoc sensu valde familiare, quo non dubitantis est, sed modeste loquentis. Plerumque adiiicitur iis verbis, quae gradum vel numerum significant: etiam aliis additum reperitur eodem sensu 677a 8 σχεδόν γὰρ οἷς ταῦτα συμβαίνει, h. e. πᾶσιν οἷς τ. σ. 652a 24 περὶ δ' ἐγκρατοῦ σχεδόν ἐστὶν ἐχόμενον εἰπεῖν: in quibus σχεδόν cum indicativo modo coniunctum eandem fere habet vim quam ἄν cum optativo. 1311a 23 καθάπερ οὖν σχεδόν ἐλέχθη. Quamquam igitur modestiam quandam habet, tamen ubi de rebus certis disputatur, de quibus dubitare inepti hominis esset, non sine ironia quadam usurpatur, v. 43a 33, quem locum Iul. Pacius non recte ita interpretatur, ut res singulae quae sensibus subiectae sint non sensu proprio praedicari possint de aliqua re; cf. ἴσως vs. 22, quod Pacius modeste loquentis esse putat. Similia sunt 1282a 33 ἴσως γὰρ ἔχει καὶ ταῦτ' ὀρθῶς. 1284b 24 ἴσως δὲ καὶ ὅτι οὐχ ἀπλῶς δίκαιον καὶ τοῦτο φανερόν. 1287b 26 ἀτοπον δ' ἴσως ἄν εἶναι δόξειεν. De coel. 306a 9 δεῖ γὰρ ἴσως (doch wohl) τῶν μὲν αἰσθητῶν αἰσθητὰς ... εἶναι τὰς ἀρχάς. Ne quid incerti confidentius affirmet, etiam dicit 959a 30 τάχα δὲ ἴσως. Eandem vim habet quod saepius addit ὡς εἰπεῖν: 689b 11 τούτων δ' αἰτία μία τίς ἐστὶν ὡς εἰπεῖν ἀπάντων, cf. σχεδόν ib. vs. 3. 687b 21 ἀχρηστοὶ ὡς εἰπεῖν οἱ ἄλλοι ἄνευ τούτων, cf. 1282a 5, 1299a 29. 568b 3 ἐν ἡμέρᾳ ὡς εἰπεῖν (fere). 1039b 7 ἀπειρα ὡς ἔπος εἰπεῖν. 659b 2 ὥστε δ' εἰπεῖν μυκτῆρας, εἰ μὴ διὰ τὸ ἔργον, οὐκ ἔχουσι φανερώς διηρθρωμένους: ἀλλ' ἢ γε ὄρνις ὥστε μὴδὲν ἄν εἰπεῖν ἔχειν ὄρνιθας, in quibus ὥστε quod praecessit orationem quamquam turbat, infinitivum ἔχειν excusat. Coniungit etiam σχεδόν et ὡς εἰπεῖν: 79a 20 ἀριθμητικὴ καὶ γεωμετρικὰ καὶ ὀπτικὴ καὶ σχεδόν ὡς εἰπεῖν ὅσα τοῦ διότι ποιοῦνται τὴν σκέψιν. 1310b 14 σχεδόν γὰρ οἱ πλείστοι τῶν τυράννων γεγονάσιν ἐκ δημαγωγῶν ὡς εἰπεῖν. 1382b 28 σχε-

ὄν ὡς εἰπεῖν τὰ μέγιστα ταῦτ' ἐστίν. Quod dicit 1323 a 34 ὥσπερ πάντες ἂν συγχωρήσειαν idem est quod σχεδὸν πάντες ἂν σ. Similem usum vocis *πολλάκις* 198 a 25 notavit Ritter (Gesch. d. Phil. III. p. 165 not.), qui (ib. p. 200) Aristotelem reprehendit, quod confidenter enuntiare saepe noluerit (cf. quae dicemus ad 49 a 5) quae ipsi minime dubia viderentur, sed certissima. Utinam caderet in nostros philosophos haec reprehensio!

Cap. 13. Definitio τοῦ ἐνδέχσθαι proponitur et confirmatur. 29 De conversione propositionum possibilium. b 4 Duo modi τοῦ ἐνδέχσθαι, 13 quorum neque conversio eadem est, 18 neque utilitas quam habent in scientia. 25 Praeparat quaestionem de syllogismis possibilibus instituendam.

32 a 17 Solet Aristoteles breviter repetitis iis quae pertractavit proponere quaestionem, de qua disputaturus est: quod quidem facit per adiectivum verbale *ληπτέον*, *σχεπτέον* al. huiusmodi vel per modum coniunctivum. Sic e. g. 1290 b 23, 1294 a 32, 1366 a 23 *λέγομεν*, 1373 b 1 *διέλωμεν*. Tamen nostro loco indicativum *λέγομεν* praetulimus ut difficiliorum: neque enim desunt similia exempla apud Aristotelem, v. 1005 b 19 *τίς δ' ἐστίν αὐτὴ μετὰ ταῦτα λέγομεν*. 21 a 7 *ὅπως δὲ θετέον, λέγομεν νῦν*. Item servavimus *λέγομεν* 32 b 4: dicit enim hoc. Iam vero duos modos distinguimus, quibus dicitur *τὸ ἐνδέχσθαι*, cf. 315 b 2 *οὔτε γὰρ περὶ ἀξήσεως οὐδὲς οὐδὲν διώρισεν, ὥσπερ λέγομεν, ὅτι μὴ κἀν ὁ τυχὼν εἰπαιεν*. Sic etiam 32 b 24. Nunc autem quaestio de eo est, quando fiat et qualis syllogismus...

32 a 20 *τὸ γὰρ ἀναγκαῖον*... Nam quod necessarium est, id ambigue dicitur fieri posse: dubitari enim nequit, quin possit fieri. *ὁμωνύμως* intelligendum est de duplici sensu verbi *ἐνδέχσθαι*: nam *ὁμωνύμως* magis referendum est ad *ἐνδέχσθαι* quam ad *ἀναγκαῖον* quod praecedit: quare Zell recte locum explicans vertit „Wenn man auch von dem Nothwendigen sagt, dafs es möglich ist, so ist letzteres Wort nur homonymisch gebraucht“. Quid est autem quod sibi vult particula *γάρ*? Dicit hoc. Vocamus *ἐνδεχόμενον* quod sumimus esse nobismet ipsi non contradicentes: definimus enim hoc loco non quod ambigue, sed quod proprie dicitur *ἐνδεχόμενον*; quare *τὸ ἀναγκαῖον*, quod fieri posse ambigue dicitur, definitione quam dedimus non comprehendendum est.

32a21 *ὅτι δὲ τοῦτ' ἔστι ...* Quod vero haec definitio vera est definitio eius quod proprie dicitur *ἐνδεχόμενον ...*

32a26 *οὐκ ἀνάγκη μὴ ὑπάρχειν.* Aliam harum enuntiationum consequentiam habuimus 22a27, ubi τὸ ἐνδεχόμενον εἶναι et τὸ οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι, τὸ ἐνδεχόμενον μὴ εἶναι et τὸ οὐκ ἀναγκαῖον μὴ εἶναι in eadem serie posita sunt, quippe quod alterum alterius sit consequens. Sed in sequentibus enuntiationum ordinem ita mutandum esse demonstravit, ut cum nostro loco plane conveniat; v. quae diximus ad 22b10.

32a28 Dedimus φάσις ex optimis codicibus. *κατάφασις* et φάσις, ubi distinguuntur ab Aristotele, ita differunt, ut illud sit enuntiationo affirmans aliquid de aliqua re (cf. 17a25. 72a13 *μόριον δ' ἀντιφάσεως τὸ μὲν τι κατὰ τινος κατάφασις, τὸ δὲ τι ἀπό τινος ἀπόφασις*), φάσις vero quodcumque pronuntiat, v. 16b27—30. Non observavit hoc discrimen 430b26 *ἔστι δ' ἢ μὲν φάσις τι κατὰ τινος, ὥσπερ ἢ κατάφασις, καὶ ἀληθῆς ἢ ψευδῆς πᾶσα*, quamquam paullo post 431a8 bene distinxit τὸ μὲν οὖν αἰσθάνεσθαι ὁμοιον τῷ φάναι μόνον καὶ νοεῖν· ὅταν δὲ ἡδὴ ἢ λυπηρὸν οἶον καταφᾶσα ἢ ἀποφᾶσα διώκει ἢ φεύγει, cf. 1051a24 τὸ μὲν θινεῖν καὶ φάναι ἀληθές (οὐ γὰρ ταῦτ' ἀπόφασις καὶ φάσις), τὸ δ' ἄγνοεῖν μὴ θινεῖν· ἀπατηθῆναι γὰρ περὶ τὸ τί ἐστίν οὐκ ἔστιν ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός. Tamen φάσις haud raro ab Aristotele ponitur pro *κατάφασις*: 1008a34 *ἔτι εἰ, ὅταν ἢ φάσις ἀληθῆς ἢ, ἢ ἀπόφασις ψευδῆς*. 21b21 *φάσεις καὶ ἀποφάσεις*, et sic φάναι pro *καταφάναι*: 1012a4 *ὅταν μὲν ὡδὶ συνθῆ φᾶσα ἢ ἀποφᾶσα, ἀληθεύει*.

32a29 τὸ μὴ ἀναγκαῖον. Modo habuimus οὐκ ἀναγκαῖον, quod erat praedicatum orationis: nunc vero, quum subiectum sit, dixit τὸ μὴ ἀναγκαῖον, quasi adiectum sit *ὄν* vel aliud quid huiusmodi. — Vs. 30 dixit τὰς κατὰ τὸ ἐνδέχεσθαι προτάσεις sicut supra vs. 7 *αἱ προτάσεις ἐν τῷ ὑπάρχειν*.

32a32 κατὰ τὴν ἀντίθεσιν. Substantivum ἀντίθεσις respondet verbo ἀντικεῖσθαι: dicitur enim de omnibus quattuor modis oppositionis, de quibus v. quae diximus ad 11b16. 113b15 *ἐπεὶ δ' αἱ ἀντιθέσεις τέτταρες*. 72a12 *ἀντίφασις δὲ ἀντίθεσις ἧς οὐκ ἔστι μεταξὺ καθ' αὐτήν*. 163a16 *τάναντία κατὰ τὴν ἀντίθεσιν*, quod nihil aliud est quam simplex τάναντία. 64a38 *τῶν καταφάσεων* (h. e. τῶν καταφατικῶν προσδιορισμῶν)

αὶ ἀντιθέσεις τρεῖς. Apparet ex his τὴν ἀντίθεσιν non minus late patere quam τὸ ἀντικεῖσθαι.

32 a 35 τῶν ἄλλων, quae enumeravit vs. 23—26.

32 b 3 ἐλέχθη πρότερον, v. 25 b 21.

32 b 8 τοῦτο γὰρ ... Eius quod fieri solet non continuo consequens est τὸ ἀναγκαῖον: etenim quod necessarium est, eius causae ita connexae sunt, ut aliter habere nequeant. Alia ratio est eius quod fieri solet: nam hoc non positum est in eadem causarum serie continua, ex qua nascitur illud: quare quod fieri solet aut omnino non est necessarium aut non simpliciter (ἀπλῶς) necessarium, sed ἐξ ὑποθέσεως, h. e. ut necessarium sit, alia re indiget, ex qua pendeat ipsius necessitas.

32 b 12 τὸ ἀπὸ τύχης. Non definit τὸ ἐνδεχόμενον, sed exemplo illustrat. Nam quum τὸ ἐνδεχόμενον latius pateat quam τὸ γινόμενον, quod apparet ex iis quae congressimus ad 31 b 8, etiam latius patebit quam τὸ ἀπὸ τύχης γινόμενον. Aristoteles hoc loco non satis distinxit doctrinam logicam a physica. Nam illustranti utrumque modum verbi ἐνδέχεσθαι exemplis e rerum natura sumtis accidit, ut τὸ ἐνδεχόμενον confuderit cum τῷ δυνατῷ.

32 b 13 ἀντιστρέφει μὲν οὖν καὶ ... Convertitur in propositionem negantem: nam quomodo convertantur propositiones affirmantes τοῦ ἐνδέχεσθαι in alias quae affirmationis speciem servent κατὰ τὴν ἀντίθεσιν, docuit 32 a 30 sqq. Ad haec igitur respiciens addidit καὶ vs. 14.

32 b 16 τῷ μὴ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν. Difficultas hoc loco oritur ex eo, quod τὸ πεφυκός εἶναι τῷ μὴ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν idem esse dicit, quum 25 b 5 (4 ὅσα μὲν ... 14 ὅσα δέ) ut plane diversum ab eo seiunxerit. Equidem non video qua ratione hoc explanari possit, nisi Aristotelem ipsum, quippe qui (25 b 18) totam quaestionem de ἐνδεχομένῳ instituendam in aliu tempus differat, rem nondum satis perspectam habuisse dixeris, quum scripserit ea quae cap. 3 leguntur: apparet enim τὸ μὴ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν eodem iure dici ἀντιστρέφον τῷ πεφυκότι εἶναι quo dici possit ἀντιστρέφον τῷ ἐνδεχομένῳ ἀορίστῳ, eo solo discrimine, quod alterum (τὸ πεφυκός) veri similis sit eventurum quam non eventurum esse, quamquam non necessario fiat, alterum vero (τὸ ἀόριστον) eventurum esse neque magis neque minus probabile sit quam non eventurum esse: τὸ μὴ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν autem utriusque modo τοῦ ἐνδεχομένου commune est.

32 b 19 ἀτακτον εἶναι τὸ μέσον, incertum, non stabile. 1065 a 25 τὸ δ' οὐκ ἀναγκαῖον ἀλλ' ἀόριστον (ἔστι), λέγω δὲ τὸ κατὰ συμβεβηκός· τοῦ τοιούτου δ' ἀτακτα καὶ ἀπειρα τὰ αἷτια: unde clarum erit quae dicat τεταγμένα καὶ ὠρισμένα ἔργα τῆς φύσεως 778 b 3, cf. 1064 b 32 πᾶν δὴ φαμεν εἶναι τὸ μὲν αἰεὶ καὶ ἐξ ἀνάγκης (ἀνάγκης δ' οὐ τῆς κατὰ τὸ βίαιον λεγομένης, ἀλλ' ἣ χρώμεθα ἐν τοῖς κατὰ τὰς ἀποδείξεις), τὸ δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τὸ δ' οὐθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οὐτ' αἰεὶ καὶ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλ' ὅπως ἔτυχε. 1065 a 4 ἐπιστήμη μὲν γὰρ πᾶσα τοῦ αἰεὶ ὄντος ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τὸ δὲ συμβεβηκός ἐν οὐδετέρῳ τούτων ἐστίν. 87 b 22 πᾶς γὰρ συλλογισμὸς ἢ δι' ἀναγκαίων ἢ διὰ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ προτάσεων. 1040 a 1 εἰ οὖν δόξα ἐστὶ τοῦ ἐνδεχομένου ἄλλως ἔχειν, δῆλον ὅτι οὐκ ἂν εἴη αὐτῶν οὐτε ὄρισμὸς οὐτε ἀπόδειξις. 1051 b 13 περὶ μὲν οὖν τὰ ἐνδεχόμενα ἢ αὐτῇ γίνεταί ψευδῆ καὶ ἀληθῆ δόξα καὶ ὁ λόγος ὁ αὐτός, καὶ ἐνδέχεται ὅτι μὲν ἀληθεύειν ὅτι δὲ ψεύδεται.

32 b 22 οὐ μὴν ... intell. διὰ τὸ μὴ εἶναι συλλογισμὸν ἀποδεικτικόν.

32 b 26 διχῶς ἔστιν ἐκλαβεῖν ... Aut de quo praedicatur alterum, de eo potest praedicari alterum, aut de quo praedicari potest. Erit fortasse qui miretur, quod in his propositionibus Aristoteles distinxerit quod omisit in necessariis. Namque quod dicimus „A necessario praedicatur de termino B”, id duplicem sensum admittit, siquidem significat aut praedicari A de quo necessario praedicetur B, aut necessario praedicari A de quo necessario praedicetur B. Causa in eo est, quod discrimen modo expositum non ad unam propositionem spectat, sed ad conclusionem, quatenus utramque propositionem, ex qua facta est, in se continet et complectitur. Apparet hoc vs. 40 τοῦτο δὲ φανερόν ἐκ τοῦ ὀρισμοῦ: nam verbis καθ' οὗ τὸ B 33 a 3 sicut 32 b 33 et 35 significat τὸ Γ. Quare sententiam Aristotelis non recte interpretatus est Biese I. p. 149 „Zu bemerken ist noch die zwiefache Bedeutung des Urtheils „es ist zufällig, dafs diefs diesem zukommt”, welches theils bezeichnet, dafs das Subject, theils aber auch, dafs das Prädicat das Zufällige ist”. Imo discrimen in eo positum est, ut ἐνδεχόμενον dicatur aut quod praedicetur aut non solum quod praedicetur, sed etiam id de quo praedicetur.

Cap. 14. *Syllogismi qui fiunt e binis propositionibus possibilibus universalibus, 33a21 ex altera universali, altera particulari. 34 Quae sint propositionum coniugationes inutilis. b18 Quae lex in his syllogismis obtineat.*

Quum propositionum possibilium fiat conversio *κατὰ τὴν ἀντίθεσιν* (32a32), non solum de iis propositionum coniunctionibus Aristoteles agit, ex quibus simpliciter sumtis syllogismus fieret, sed omnes sedecim coniugationes consideravit, quae e binis propositionibus fieri possunt: nam per illam conversionem his propositionibus propriam ex *συζυγία* non syllogistica interdum fit syllogismus.

33a3 *τὸ γὰρ καθ' οὗ* ... Si enim, ait, terminum A posse non praedicari dicimus de eo, de quo praedicari possit B, hoc est, si terminum A praedicari posse dicimus de nullo B eo sensu, quem modo exposuimus (32b26), idem est, ac si dicimus iis, de quibus terminus A possit non praedicari, nihil deesse eorum, quae termino B contineri possint: neque igitur deerit C, quippe quod contineri possit termino B. Quare substitui poterit terminus C in locum termini B, ut fiat conclusio A posse non praedicari de termino C. Non recte igitur Zell p. 179 not. hunc syllogismum explicat „d. i. wenn der Untersatz aus einem verneinenden zu einem bejahenden gemacht wird”. Tenendum est, quod *τὸ ἐνδέχεται μηδενί* et hic et in sequentibus (e. g. vs. 9) ita accipiendum est, ut sit „potest fieri, ut non praedicetur de ullo”, *τὸ οὐδενί ἐνδέχεται* vero b5 idem est ac *ἀδύνατόν ἐστι τινὶ ὑπάρχειν*. Eodem modo differunt (v. 34b28 et 36) *τὸ μηδενί ἐξ ἀνάγκης* et *τὸ ἐξ ἀνάγκης οὐδενί*, quamquam vero non semper hoc discrimen ab Aristotele observatur, tamen singulorum semper locorum ratio satis indicabit, quem sensum ista verba habeant.

33a7 *οὐδεις γίνεταὶ συλλογισμός*, quia neque ex propositionibus simplicibus fit syllogismus, si maior universe affirmat, minor universe negat.

33a9 *ᾧσπερ*, in quo non erit quod offendant coll. vs. 17 et iis quae diximus ad 20a4.

33a25 Restituimus *ἐνδέχεσθαι παντί*, quod correxit cod. B: meliores enim codices omnes post *ἐνδέχεσθαι* aliquid additum fuisse ostendunt, quamquam quod praebent *αβγ* non habet quo defendatur. Ante Bekkerum scribebatur *παντί ἐνδέχεσθαι*. *παντί* suspicionem movisse videtur Sylburgio, quia de

conclusionem particulari agitur, non de universali. Immerito: etenim aut *παντι* una cum verbis τοῦ ἐνδέχασθαι delendam erit aut retinendum cum illis. Nam ut 32b40 sic hic quoque sermo est non de definitione quam dedit 32a18, sed de iis quae dixit 32b26—30. His enim nituntur et universalis syllogismus et particularis. E definitione autem τοῦ ἐνδέχασθαι *παντι* conclusio sic sequitur (cf. 33a4): τὸ γὰρ τὸ *A παντι* τῷ *B ἐνδέχασθαι* τοῦτ' ἦν τὸ καθ' οὗ τὸ *B* (h. e. *τινι* τῷ *Γ*) τὸ *A ἐνδέχασθαι*.

33a27 ἀπόδειξις δ' ἡ αὐτή. Sic: τὸ γὰρ *A ἐνδέχασθαι* μηδενὶ τῷ *B* τοῦτ' ἦν τὸ καθ' οὗ ἂν τὸ *B ἐνδέχεται* κατηγορεῖσθαι (h. e. *κατὰ* τινὸς τοῦ *Γ*) *κατὰ* τούτου ἐνδέχασθαι μὴ κατηγορεῖσθαι τὸ *A*.

33a29 et 30 In vitis codd. paene omnibus vulgarem lectionem, quam Bkk. reiecit, restituimus: nam modus indicativus ferri vix poterit, nisi pro οἶον scribatur οἶον εἰ.

33a34 Neglexit coniunctionem propositionis maioris universe et minoris de parte negantis, quippe cuius eadem ratio sit quam eius, de qua modo dixit.

33a38 οὐδὲν γὰρ κωλύει . . . Potest enim accidere, ut, quamvis et *A* et *C* minus late pateant quam terminus *B* eique subiecti sint, tamen nihil habeant inter se commune. Nam praedicari quidem poterit *A* de aliqua parte termini *B* et *B* de omni *C*, neque tamen inde colligere licebit terminos *A* et *C* ita posse habere, ut aliquid sit in quo convenient, siquidem *B* de pluribus praedicari potest quam *A*. Ex his igitur, de quibus pluribus praedicatur *B* quam *A* (ᾧ ὑπερτείνει τὸ *B* τοῦ *A*), si sumitur *C*, non fit syllogismus. — Quod iam de una propositionum coniunctione demonstravimus facile erit transferre ad reliquas.

33b11 ὁ μὲν γὰρ . . . Nam contrariis concludi possunt, quorum altero posito tollitur alterum.

33b17 οὐκ ἦν ἐνδεχόμενον. Quod necessarium est, id non eo sensu dicitur ἐνδεχόμενον, quo in his syllogismis accipiendum est τὸ ἐνδέχασθαι, v. vs. 22.

Cap. 15. De syllogismis primae figurae, qui fiunt ex altera propositione simplici, altera possibili. 33 De uno syllogismo perfecto, 34a2 de imperfectis: 5 Si *B* est consequens τοῦ *A*, et si *A* fieri potest, etiam *B* fieri potest. 13 De qui-

bus et quomodo hoc accipiendum sit. 25 E falsa hypothesis eaque non impossibili nihil colligitur impossibile. 34 De syllogismo qui minorem habet possibilem affirmantem, maiorem affirmantem simplicem. b7 Quod universe enuntiatur, id temporis ratione non habita profertur. 19 De syllogismo qui habet maiorem simplicem negantem, minorem possibilem affirmantem, 35 a 3 de iis qui minorem habent possibilem negantem, maiorem simpliciter affirmantem 11 vel negantem, 20 de iis qui habent minorem simpliciter negantem, maiorem possibilem. 25 Lex quam sequuntur syllogismi universales. 30 De particularibus qui fiunt, si propositio maior universalis est. b11 Si maior est particularis, non fit syllogismus, 15 neque ex utraque particulari fit syllogismus.

33b30 Id ex cuius positione nihil fluit quod esse nequeat (*τὸ κατὰ τὸν διορισμὸν ἐνδεχόμενον*) ab eo quod non necessarium est ita differt, ut quod non necessarium sit tamen ita comparatum esse possit, ut fieri nequeat. Cur autem conclusio non fiat *τοῦ κατὰ τὸν διορισμὸν ἐνδεχομένου*, sed eius quod non necessarium sit, ex his patebit. Quum fiunt syllogismi negativi per deductionem ad absurdum, per deductionem ipsam, si rem ad vivum resecas, non id ipsum probatur quod vult conclusio, sed contrarium eius quod sumtum est ut contrarium conclusioni (premit hoc 34 b28 *ἀντὶ γὰρ ἔστιν . . .*). Erit fortasse qui nimis argute hoc dictum putet: namque si conclusionem, quae per deductionem ad absurdum probanda est, vocamus A, sumit deductio esse non A, ex quo alia propositione adiecta, quae iam concessa est, concludit aliquid quod adversarius ipse verum esse negat: unde consequitur falsum esse quod sumimus, contrarium igitur verum. Contrarium autem erat ipsa conclusio A. Sic se habet deductio. Omnis igitur demonstrandi vis in eo posita est, ut quod sumatur ut repugnans conclusioni, id revera cum ea pugnet: quare demonstravimus conclusionem A veram esse, si recte sumimus quod conclusioni contrarium est (A — Non-A). Patebit autem non factum esse nimis argute quod distinximus ab ipsa conclusione id quod repugnet ei quod cum conclusione pugnet: namque si deductio facta ad absurdum alius exit sensus conclusionis, hoc indicat, id quod ei contrarium erat non eodem sensu acceptum esse, quo conclusionem intelleximus. Si igitur non fit syllogismus *τοῦ κατὰ τὸν διορισμὸν ἐνδεχομένου*,

patet propositioni τὸ *A* ἐνδέχεται μηδενὶ τῶ *Γ*, si ἐνδέχεται sensu proprio accipiatur, non recte opponi propositionem τὸ *A* ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχει τινὶ τῶ *Γ*, neque propositioni τὸ *A* ἐνδέχεται παντὶ τῶ *Γ* revera repugnare propositionem τὸ *A* τινὶ τῶ *Γ* ἐξ ἀνάγκης οὐχ ὑπάρχει. Causa in eo est, quod propositiones τὸ *A* ἐνδέχεται παντὶ τῶ *Γ* et τὸ *A* ἐνδέχεται μηδενὶ τῶ *Γ* inter se convertuntur (32a 30) et simul verae sunt: quare propositio quae cum altera pugnaret, etiam cum altera pugnare deberet, quod fieri nequit. Apparet inde τῶ ἐνδέχεσθαι quidem recte opponi τὸ ἀναγκαῖον εἶναι, neque tamen propter conversionem quam diximus inveniri posse propositionem quae pugnet ὀρισμένως cum iis quae significant τὸ ἐνδέχεσθαι ἢ παντὶ ἢ μηδενὶ ἢ τινὶ ἢ τινὶ μὴ. Consequitur, ubicunque fiat demonstratio propositionis possibilis per deductionem ad absurdum, non eo sensu accipiendam esse τὸ ἐνδέχεσθαι quo convertantur τὸ παντὶ et μηδενὶ, sed ita, ut non alia eius vis sit quam ut neget necessitatem — bene hoc expressit Biese I. p. 150 „denn der apagogische Beweis erfordert das Gegentheil, welches zu dem zufälligen in der eigentlichen Bedeutung nicht vorhanden ist, sondern nur, wenn es das Nichtnothwendige bezeichnet“. Quod cur Aristoteles non nisi in syllogismis negativis locum habere dicat, non video, quia non in ipsa negatione conclusionis res posita est, sed in eo quod deductio ad absurdum fieri nequit, si quod conclusioni contrarium esse sumitur, non solum conclusioni, sed etiam alii propositioni cuicunque contrarium est. Tenendum est numerum conjunctionum, quae fieri possunt e binis propositionibus, quarum altera simplex est, altera possibilis, non esse sedecim ut in iis syllogismis, quorum propositiones similes sunt, sed triginta duo: quas quidem omnes Aristoteles in sequentibus pertractat, et de iis quidem ex quibus nihil colligeretur, si propositiones simplices essent, agit 35 a 3 — 24.

34a 5 Quaedam interponit, quibus indiget ad probanda ea quae sequuntur. Quod hic tradit, id etiam habemus in met. 1047 b 15 — 26, ubi 20 ἔστω . . . 22 *B* ἄρα cum cod. *A*^b omittenda esse puto, quia non video quem sensum habere possint. Demonstrandi ratio qua nostro loco utitur clarior est et planior. Altera enim, ut decet doctrinam metaphysicam, argumenta petit ex ipsa notione τοῦ δυνατοῦ (hanc enim a 24 traditam premit verbis 18 οὐκοῦν . . . 19 συνέβαινε), haec colligit, quod vult, ex iis

quae consequantur, si revera fieri ponamus quod fieri posse sumserimus.

34a 13 τὸ δυνατόν locum habet non solum in iis quae generantur, sed etiam in iis quae subsistant et quae, ut oratio vera vel falsa sit, efficiunt, h. e. in quibus aliquid de aliqua re vel recte vel falso praedicatur.

34a 14 καὶ ὁσαυτῶς ἄλλως . . . Nihil enim attinet quo sensu accipiatur τὸ δυνατόν. Eadem igitur argumenta valebunt in omnibus.

34a 17 οὐ γὰρ ἔστιν . . . Respicit ad h. l. 40b 35, 73a 8 ἐνὸς μὲν οὖν κειμένου δέδεικται ὅτι οὐδέποτε ἀνάγκη τι εἶναι ἕτερον (λέγω δ' ἐνός, ὅτι οὔτε ὄρου ἐνός οὔτε θέσεως μιᾶς τεθείσης) ἐκ δύο δὲ θέσεων πρώτων καὶ ἐλαχίστων ἐνδέχεται, εἴπερ καὶ συλλογισασθαι. 94a 24 τὸ τε γὰρ οὐ ὄντος τοῦ ἀνάγκη εἶναι μιᾶς μὲν προτάσεως ληφθείσης οὐκ ἔστι, δυοῖν δὲ τοῦλάχιστον. Cf. Herbart Allg. Metaphys. §. 178.

34a 22 ὥσπερ οὖν εἰ explicandum videtur per ellipsin, οὕτως οὖν ἔχει ὥσπερ εἰ τις θείη . . . Nam ὥσπερ in his non tam comparationem indicat quam exemplum afferri significat, ut vertendum sit „exempli gratia”. Alia ratio est verborum ὥσπερ οὖν εἰ 1290 b 25: sequitur enim vs. 37 τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, quod respondet praecedenti ὥσπερ. Uno tenore scribenda videntur ὥσπερανεῖ, καθάπερανεῖ et quae his similia sunt, si dissimilia conferuntur, quae inter se non congruant nisi in una re cuius fit comparatio. Vertere solemus „quodammodo, quasi”. Sic 682a 11 τὸ καλούμενον κέντρον ὥσπερανεῖ σύνθετον καὶ ἔχον γλάττης καὶ χειλῶν ἅμα δύναμιν. Ib. vs. 20 δι' οὐ καθάπερ εἰ διὰ ῥίξης δέχεται τὴν τροφήν. 687a 20 ἔστι γὰρ ὥσπερ εἰ ὄργανον πρὸ ὄργάνων. 430b 13 οἶον εἰ μήκη, sed recte 1334a 30 οἶον εἰ τινες . . . Quare scribendum arbitror 666a 21 ἐν γὰρ τοῖς ἐμβρούσις εὐθείως ἢ καρδία φαίνεται κινουμένη τῶν μορίων καθάπερ εἰ ζῆον. 659a 2 χρῆται (τῷ μυκτῆρι) καθάπερανεῖ χειρὶ. 409b 27 τίθενται γὰρ γνωρίζων τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ὥσπερανεῖ τὴν ψυχὴν τὰ πράγματα τιθέντες. 1074b 18 ἔχει ὥσπερανεῖ ὁ καθεύδων. 463b 16 ὄσων ὥσπερανεῖ λάλος ἢ φύσις ἔστι καὶ μεταγγολική. 710a 31 καθάπερανεῖ πλοίου πῶρα λεμβώδους. 192a 22 τοῦτ' ἔστιν ἢ ὕλη ὥσπερανεῖ θῆλυ ἀρρένεος καὶ ἀσχηρὸν καλοῦ. De cael. 297a 13 ὥσπερανεῖ γυγνομένης. Quamquam 723b 31 (cf. 20a 4) retinendum putaverim ὥσπερ κἂν εἰ ἀπὸ τῶν ὑποδημάτων:

nam Aristoteles videtur scribere voluisse *νῦν δ' ὅμοιον λέγουσιν, ὥσπερανεὶ καὶ ἀπὸ τῶν ὑποδημάτων ἀπιόντος*: etenim *καί*, quod latet in particula *κάν*, cum sequentibus coniungendum est.

34 a 40 διὰ τοῦ τρίτου σχ., h. e. per syllogismum III ε': nam propositio maior quam habuimus vs. 38 τὸ μὲν . . . Γ de parte negat: quare cod. n παντι addidit ante τῷ. — Vs. 41 παντι ἐνδέχεσθαι ὑπάρχειν: nam τὸ ἐνδέχεσθαι ὑπάρχειν consequens est τοῦ ὑπάρχειν, quod sumsimus vs. 34.

34 b 3 ποιῆσαι τὸ ἀδύνατον. Non facit deductionem ad absurdum qualis fieri solet posito eo, quod conclusioni repugnat, h. e. posita propositione τὸ A μὴ ἐνδέχεσθαι παντι τῷ Γ, sed ex iis ipsis propositionibus quas initio habuimus, ita tamen sumtis, ut falsum sit quod edicant neque tamen fieri nequeat, concludit. Ex his igitur colligitur τὸ A παντι τῷ Γ ἐνδέχεσθαι, quod quamquam falsum esse potest, ἀδύνατον esse non potest. Iam ut fieret deductio, sumendum erat τὸ A μὴ ἐνδέχεσθαι παντι τῷ Γ, quod ἀδύνατον esse patet, quia τὸ A παντι τῷ Γ ἐνδέχεσθαι non ἀδύνατον esse intelleximus: sin autem illud ἀδύνατον, apparet conclusionem esse debere τὸ A παντι τῷ Γ ἐνδέχεσθαι. — Sic excusanda certe videtur demonstratio, qua in his usus est: in errorem induxit Aristotelem duplex oppositio τοῦ ἀδύνατον, cui opponitur et τὸ δυνατόν et τὸ ἀναγκαῖον. Namque si A est ἀδύνατον, non sequitur Non-A esse ἀναγκαῖον, sed nihil sequitur nisi Non-A esse οὐκ ἀδύνατον s. δυνατόν.

34 b 7 Quum Aristoteles hic doceat omni tempore easdem esse debere propositiones, ex quibus fiat syllogismus, ut quod edicant non suspensum sit ex causis externis, mirum est, quod non intellexit quam dubia et incerta sit ea demonstrandi ratio, qua magis exponit quam colligit, quod vult, terminis allatis, qui eam inter se rationem habeant quam res postulet.

34 b 10 οὐκ ἔσται συλλογισμός, quamquam ex propositionibus quae non nisi de praesenti tempore intelligantur, conclusionem fieri de tempore praesenti nemo erit qui neget. Quum autem τὸ ἐνδέχεσθαι, τὸ παντι ὑπάρχειν et quae his similia sunt temporis rationem non admittant, sed in cogitatione sola posita sint (sie sind etwas rein Logisches), apparet etiam conclusionem quae inde fiat temporis rationem excludere.

34 b 24 τῷ B ὑπάρχειν, intell. ἐξ ἀνάγκης, quod non addidit,

quia, etiam si non necessarium sit quod concludatur, tamen repugnet propositioni maiori. — *διὰ τοῦ τρ. σχ.*, h. e. per syllogismum III γ'.

34 b 29 *ὑπόθεσιν* appellat quod sumpsit vs. 22, ut deduceret ad absurdum.

35 a 2 *ληπτέον* δὲ . . . Cur non sumpsit igitur meliores terminos? Satis levi brachio hi libri videntur conscripti esse.

35 a 16 Recepimus *ὑπάρχον* ex optimis codd. Nam quum Bekkerus dederit 57 b 26 *δείξει ὑπάρχον*, cf. 45 b 3, 39, 58 b 20 *ἐὰν οὖν ληφθῆ . . . ὑπάρχον*, 80 a 35 *ἂν γὰρ τῷ μὲν Α παντὶ ληφθῆ ὑπάρχον*, 120 a 1 *εἰ δὲ τινι μὴ ὑπάρχον κεῖται*, non video, cur et nostro loco et 57 b 25, 59 b 21, 68 b 18 meliorum codd. auctoritatem neglexerit.

35 a 21 *καὶ μὴ* (intell. *ληφθῆ*) *ἐνδέχεσθαι μὴ ὑπάρχειν*. Dicit hoc. Si τὸ *μὴ ὑπάρχειν* τὸ *Β παντὶ τῷ Γ* sumitur ita, ut non id significet quod possit tantum negari, sed quod re vera et simpliciter negetur . . . quod in exemplis quae sequuntur fieri videmus. Apparet inde non probandam esse lectionem codicis *C*: nata est enim ex eo, quod priori *μὴ* male intellecto et coniuncto cum verbo *ἐνδέχεσθαι* alterum ferri non posse videbatur. Praeterea nostram explicationem veram esse etiam inde elucet, quod, quum dixerit de sex conjugationibus, quae e binis propositionibus universalibus fieri possint, duae restant, quae quales esse debeant facile intelligitur ex his quas iam consideravit.

35 a 30 Brevius agit de viginti quattuor conjugationibus quae reliquae sunt, quarum sedecim sunt ex altera universali, altera particulari, octo ex utraque particulari.

35 a 31 *ὅταν μὲν τὸ . . .* Demonstratio syllogismorum VII et VIII tabulae sequentis in eo posita est, quod ea pars termini *C*, de qua in conclusione praedicatur *A*, inest in termino *B*, de quo *A* praedicatur in propositione maiore.

35 a 40 *πλὴν οἱ μὲν . . .* Hoc solo, ait, discrimine, ut syllogismi IX et X probentur deductione facta ad absurdum — et IX quidem sic. Ponamus *A* non posse praedicari de ullo *C*: quum autem *A* de omni *B* praedicari concessum sit, sequitur (II β') *B* non posse praedicari de ullo *C*, quod pugnat cum propositione minore; X autem hoc modo. Ponamus *A* necessario praedicari de omni *C*, iam quum propositio maior *A* de nullo *B* praedicari concessa sit, sequitur (II α') *B* non posse praedicari

dicari de ullo C, quod pugnat cum propositione minore — XI vero et XII per syllogismos IX et X conversa propositione minore: unde patet non opus esse particula *καί* quam Philoponus (schol. 165 a 24) adiici vult.

- 35 b 2 Ex iis quae sequuntur apparet sermonem esse de syllogismis XI et XII, de quibus verba *οἱ δὲ . . . ἐνδέχασθαι* vs. 1 intelligenda erant: quare non probandum est quod Zell vertit „auch dann wird ein Schluss“, quum dicendum sit „es wird nämlich ein Schluss“. Difficultatem habet *καί* extr. vs. 2 positum, quod Iul. Pacius, quamquam in contextu habet, in versione praetermisit. Mihi quidem difficultas ita tollenda videtur, ut Aristoteles scripserit *καί*, quia duo syllogismos in mente habebat (XI dico et XII), de quibus seorsum acturus erat: namque sententia quam exprimere voluit, haec est: *καί ὅταν ἡ καθόλου πρὸς τὸ μείζον ἄκρον τεθείσα σημαίνῃ τὸ ὑπάρχειν, ἢ δ' ἐν μέρει στερητικῆ οὐσα τὸ ἐνδέχασθαι λαμβάνῃ, καί ὅταν ἡ καθόλου πρὸς τὸ μείζον ἄκρον τὸ μὴ ὑπάρχειν, ἢ δ' ἐν μέρει ἢ αὐτῇ*: sed oblitus particulae *καί* quae praecessit vs. 4 adiecit *ἢ μὴ ὑπάρχειν*, quum scribere deberet *καί ὅταν τὸ μὴ ὑπάρχειν*. Quae quidem explicandi ratio si vera est, non poterimus non retinere lectionem vulgarem vs. 4, quamquam, si legimus *ὑπάρχον* omissis verbis *ἢ μὴ ὑπάρχειν*, hoc et de affirmatione et de negatione accipi posset, quia verbo *ὑπάρχειν* hoc loco non affirmatio, sed simplex propositio significatur. Locus ipse autem ostendit, quam facile accidere potuerit, ut verba *ἢ μὴ ὑπάρχειν* omitterentur.
- 35 b 8 *ὅταν δὲ τὸ . . .* Quae huic hypothesis respondent coniugationes quattuor sunt:

<i>α'. τὸ Α οὐχ ὑπάρχει τιπὶ τῶ Β,</i>	<i>β'. τὸ Α οὐχ ὑπάρχει τιπὶ τῶ Β,</i>
<i>τὸ Β ἐνδέχεται παντὶ τῶ Γ.</i>	<i>τὸ Β ἐνδέχεται μηδενὶ τῶ Γ.</i>
<i>γ'. τὸ Α ἐνδέχεται παντὶ τῶ Β,</i>	<i>δ'. τὸ Α ἐνδέχεται μηδενὶ τῶ Β,</i>
<i>τὸ Β οὐχ ὑπάρχει τιπὶ τῶ Γ.</i>	<i>τὸ Β οὐχ ὑπάρχει τιπὶ τῶ Γ.</i>

Termini quos dedit vs. 10 ostendunt Aristotelem non cogitasse de coniugationibus *α'* et *β'*, sed de *γ'* solum et *δ'*. Comprobant hoc etiam quae sequuntur *ἐὰν δὲ τὸ καθόλου . . .* quibus verbis edocemur Aristotelem adhuc non nisi de iis coniugationibus locutum esse, quae maiorem propositionem habeant universalem. Ne igitur Aristoteles bis idem dixisse videatur, ad verba *ὅταν δὲ . . . τεθείσα* vs. 8 mente repetendum erit e vs. 3 *καί ὅταν ἡ καθόλου πρὸς τὸ μείζον ἄκρον τεθῆ*; haec

enim Aristoteles vs. 8 adhuc videtur in animo habuisse. Praeterea de coniugationibus α' et β' eum non cogitavisse etiam probant quae dicit vs. 11 *διὰ γὰρ τοῦ ἀδιορίστου . . .* quae quidem demonstrandi ratio (v. 27b20) non locum habet nisi in coniunctionibus γ' et δ' hoc modo. Quum verum sit B de aliquo C non praedicari, etiam si de omni non praedicatur, neque tamen, si hoc poneremus, fieret syllogismus, clarum est neque fieri syllogismum, si B de aliquo C non praedicatur. Coniunctiones α' et β' autem hoc modo demonstrari non possunt, quia, si de omni praedicatur quod propositio maior de parte tantum edicit, fiet syllogismi IV et VI. — Verbis ἐν δὲ τὸ καθόλου . . . vs. 11 complectitur reliquas octo coniugationes alterius propositionis universalis cum altera particulari, quae syllogismum non faciunt.

35 b21 *ἀεὶ γίνεταὶ συλλογισμὸς*. Praetermisit exceptionem. Nam vidimus non fieri syllogismum ex propositione maiore universali, quae incerte sive neget sive affirmet, et propositione minore particulari, quae simpliciter neget, v. supra sub γ' et δ' . Adiciamus conspectum syllogismorum, qui hoc capite expositi sunt.

- | | |
|---|--|
| <p>I. $\frac{\text{τὸ } A \text{ ἐνδέχεται παντὶ τῷ } B,}{\text{τὸ } B \text{ ὑπάρχει παντὶ τῷ } \Gamma,}$
τὸ A ἐνδέχεται παντὶ τῷ Γ.</p> | <p>II. $\frac{\text{τὸ } A \text{ ἐνδέχεται μηδενὶ τῷ } B,}{\text{τὸ } B \text{ ὑπάρχει παντὶ τῷ } \Gamma,}$
τὸ A ἐνδέχεται μηδενὶ τῷ Γ.</p> |
| <p>III. $\frac{\text{τὸ } A \text{ ὑπάρχει παντὶ τῷ } B,}{\text{τὸ } B \text{ ἐνδέχεται παντὶ τῷ } \Gamma,}$
τὸ A ἐνδέχεται παντὶ τῷ Γ.</p> | <p>IV. $\frac{\text{τὸ } A \text{ ὑπάρχει μηδενὶ τῷ } B,}{\text{τὸ } B \text{ ἐνδέχεται παντὶ τῷ } \Gamma,}$
τὸ A ἐνδέχεται μηδενὶ τῷ Γ.</p> |
| <p>V. $\frac{\text{τὸ } A \text{ ὑπάρχει παντὶ τῷ } B,}{\text{τὸ } B \text{ ἐνδέχεται μηδενὶ τῷ } \Gamma,}$
τὸ A ἐνδέχεται παντὶ τῷ Γ.</p> | <p>VI. $\frac{\text{τὸ } A \text{ ὑπάρχει μηδενὶ τῷ } B,}{\text{τὸ } B \text{ ἐνδέχεται μηδενὶ τῷ } \Gamma,}$
τὸ A ἐνδέχεται μηδενὶ τῷ Γ.</p> |
| <p>VII. $\frac{\text{τὸ } A \text{ ἐνδέχεται παντὶ τῷ } B,}{\text{τὸ } B \text{ ὑπάρχει τινὶ τῷ } \Gamma,}$
τὸ A ἐνδέχεται τινὶ τῷ Γ.</p> | <p>VIII. $\frac{\text{τὸ } A \text{ ἐνδέχεται μηδενὶ τῷ } B,}{\text{τὸ } B \text{ ὑπάρχει τινὶ τῷ } \Gamma,}$
τὸ A ἐνδέχεται τινὶ τῷ Γ μὴ.</p> |
| <p>IX. $\frac{\text{τὸ } A \text{ ὑπάρχει παντὶ τῷ } B,}{\text{τὸ } B \text{ ἐνδέχεται τινὶ τῷ } \Gamma,}$
τὸ A ἐνδέχεται τινὶ τῷ Γ.</p> | <p>X. $\frac{\text{τὸ } A \text{ ὑπάρχει μηδενὶ τῷ } B,}{\text{τὸ } B \text{ ἐνδέχεται τινὶ τῷ } \Gamma,}$
τὸ A ἐνδέχεται τινὶ τῷ Γ μὴ.</p> |
| <p>XI. $\frac{\text{τὸ } A \text{ ὑπάρχει παντὶ τῷ } B,}{\text{τὸ } B \text{ ἐνδέχεται τινὶ τῷ } \Gamma \text{ μὴ,}}$
τὸ A ἐνδέχεται τινὶ τῷ Γ.</p> | <p>XII. $\frac{\text{τὸ } A \text{ ὑπάρχει μηδενὶ τῷ } B,}{\text{τὸ } B \text{ ἐνδέχεται τινὶ τῷ } \Gamma \text{ μὴ,}}$
τὸ A ἐνδέχεται τινὶ τῷ Γ μὴ.</p> |

Tenendum est τὸ ἐνδέχεσθαι τινὶ μὴ ὑπάρχειν et τὸ ἐνδέχεσθαι μηδενὶ ὑπάρχειν in his ita accipienda esse, ut significant

„fieri posse, ut alterum de altero non omni praedicetur” vel „ut de omni non praedicetur”. Eundem sensum servavimus etiam in sequenti tabula, in qua, ut ambiguitatem evitarem, quam habet τὸ μηδενὶ ἐνδέχασθαι (v. ad 33 a 3), τὸ ἀνάγκη μηδενὶ (h. e. praedicatur de nullo idque necessario) in eius locum substituimus, quod Aristotelem ipsum non fecisse miror.

Cap. 16. De lege, qua teneantur syllogismi primae figurae, qui fiant ex altera propositione necessaria, altera possibili. 31 De syllogismis universalibus, qui utramque propositionem habeant affirmantem, 36 a 7 de iis qui habeant alteram affirmantem, alteram negantem, 28 de coniunctione propositionis negantis cum negante. 32 De particularibus syllogismis. b 19 Conferuntur syllogismi cap. 16. cum syllogismis cap. 15.

- | | |
|---|--|
| I. τὸ <i>A</i> ἀνάγκη παντὶ τῷ <i>B</i> ,
τὸ <i>B</i> ἐνδέχεται παντὶ τῷ <i>Γ</i> ,
τὸ <i>A</i> ἐνδέχεται παντὶ τῷ <i>Γ</i> . | II. τὸ <i>A</i> ἐνδέχεται παντὶ τῷ <i>B</i> ,
τὸ <i>B</i> ἀνάγκη παντὶ τῷ <i>Γ</i> ,
τὸ <i>A</i> ἐνδέχεται παντὶ τῷ <i>Γ</i> . |
| III. τὸ <i>A</i> ἀνάγκη μηδενὶ τῷ <i>B</i> ,
τὸ <i>B</i> ἐνδέχεται παντὶ τῷ <i>Γ</i> ,
τὸ <i>A</i> ὑπάρχει μηδενὶ τῷ <i>Γ</i> . | IV. τὸ <i>A</i> ἐνδέχεται μηδενὶ τῷ <i>B</i> ,
τὸ <i>B</i> ἀνάγκη παντὶ τῷ <i>Γ</i> ,
τὸ <i>A</i> ἐνδέχεται μηδενὶ τῷ <i>Γ</i> . |
| V. τὸ <i>A</i> ἀνάγκη παντὶ τῷ <i>B</i> ,
τὸ <i>B</i> ἐνδέχεται μηδενὶ τῷ <i>Γ</i> ,
τὸ <i>A</i> ἐνδέχεται παντὶ τῷ <i>Γ</i> . | VI. τὸ <i>A</i> ἀνάγκη μηδενὶ τῷ <i>B</i> ,
τὸ <i>B</i> ἐνδέχεται μηδενὶ τῷ <i>Γ</i> ,
τὸ <i>A</i> ὑπάρχει μηδενὶ τῷ <i>Γ</i> . |
| VII. τὸ <i>A</i> ἀνάγκη παντὶ τῷ <i>B</i> ,
τὸ <i>B</i> ἐνδέχεται τινὶ τῷ <i>Γ</i> ,
τὸ <i>A</i> ἐνδέχεται τινὶ τῷ <i>Γ</i> . | VIII. τὸ <i>A</i> ἐνδέχεται παντὶ τῷ <i>B</i> ,
τὸ <i>B</i> ἀνάγκη τινὶ τῷ <i>Γ</i> ,
τὸ <i>A</i> ἐνδέχεται τινὶ τῷ <i>Γ</i> . |
| IX. τὸ <i>A</i> ἀνάγκη μηδενὶ τῷ <i>B</i> ,
τὸ <i>B</i> ἐνδέχεται τινὶ τῷ <i>Γ</i> ,
τὸ <i>A</i> οὐκ ὑπάρχει τινὶ τῷ <i>Γ</i> . | X. τὸ <i>A</i> ἐνδέχεται μηδενὶ τῷ <i>B</i> ,
τὸ <i>B</i> ἀνάγκη τινὶ τῷ <i>Γ</i> ,
τὸ <i>A</i> ἐνδέχεται τινὶ τῷ <i>Γ</i> μὴ. |
| XI. τὸ <i>A</i> ἀνάγκη παντὶ τῷ <i>B</i> ,
τὸ <i>B</i> ἐνδέχεται τινὶ τῷ <i>Γ</i> μὴ,
τὸ <i>A</i> ἐνδέχεται τινὶ τῷ <i>Γ</i> . | XII. τὸ <i>A</i> ἀνάγκη μηδενὶ τῷ <i>B</i> ,
τὸ <i>B</i> ἐνδέχεται τινὶ τῷ <i>Γ</i> μὴ,
τὸ <i>A</i> οὐκ ὑπάρχει τινὶ τῷ <i>Γ</i> . |

35 b 24 τὸν αὐτὸν τρόπον. Qua in re differant indicat 36 b 21.

35 b 4 δὴ, quod non habent *AC*, vix poterit omitti: solet enim Aristoteles, quum praecessit imperativus vel coniunctivus, quibus indicatur, de qua re agendum vel ex qua concludendum sit, uti particula quae significet, qua ratione coniungenda sint quae praecesserint cum iis quae sequantur.

36 a 1 τὸν αὐτὸν τρόπον, eundem quem habuimus 34 a 34.

36 a 7 μὴ ὁμοιοσχημονες. Biese I. p. 149 not. 5 „dies Wort wird

auch gebraucht in Bezug auf Bejahung und Verneinung beider Vordersätze". Imo, ni fallor, semper hanc vim habet, ut utramque propositionem negantem esse vel utramque affirmantem significet: circumscrispsit igitur 29a20 quod uno verbo exprimere licebat *κατηγορικῶν μὲν ἢ στρεπτικῶν ἀμφοτέρων ὄντων τῶν ὄρων*. Sic ab interpretibus propositio dicitur *ἀνομοιοσχήμων* (e. g. schol. 187a20) affirmationis et negationis respectu habito.

36a9 Verba *ἐξ ἀνάγκης*, si deessent, nemo esset qui requireret, quia propositionem maiorem necessario negantem esse verbis *μηδενὶ ἐνδέχασθαι* iam indicavit. Pleonasmus similis est ei quem habemus 337b13 *οὐχ οἶόν τε μὴ ἐνδέχασθαι*. Alia eiusdem generis collegimus ad 61b7. Adiecta videntur verba *ἐξ ἀνάγκης*, ne quis τὸ *μηδενὶ ἐνδέχασθαι* eo sensu dictum putet quo significat „posse aliquid praedicari de nullo“, quamquam ne hoc fieret iam satis cautum est iis quae praecesserunt *ἔστω πρώτον ἢ στρεπτικῆ ἀναγκαία*. — Praeterea in sequentibus bene attendendum est, quo sensu ponatur τὸ *ἐνδέχασθαι μηδενὶ* vel *οὐ παντὶ* vel *μὴ τινὶ*, quippe quae et necessariam (v. 14) et possibilem propositionem significant (vs. 18): nam altero sensu convertuntur τὸ *ἐνδέχασθαι μηδενὶ* et τὸ *ἐνδέχασθαι παντὶ*, altero inter se pugnant.

36a18 Cur Bkk. non scripserit τῶν, quod vs. 34 — 38 codicum auctoritate motus praetulit, non video.

36a21 *ἢ τε γὰρ πρότασις* . . . Pendet enim conclusio ex propositione maiore, si in minore B de omni C affirmatur: nam C inest in termino B ut pars in toto. Qua ratione igitur A praedicatur de termino B, eadem etiam de C.

36a23 Lectio *μηδενὶ* et Alexandri et codicum auctoritate commendatur, ut recipienda sit, si habeat quo explicetur. Alexander locum ita interpretatur, ut verba *εἰς τὸ ἀδύνατον οὐκ ἔστιν ἀγαγεῖν* accipienda sint de propositione τὸ *A ὑπάρχει μηδενὶ τῷ Γ*, quae deductione facta ad absurdum demonstrari non possit. Mihi quidem haec explicatio videtur stare non posse: nam ferri non posset Aristotelis negligentia, si syllogismi (v. 23), ex quo absurdum colligeretur, quod efficere vellet, propositionem maiorem omisisset (τὸ *A τῷ Γ τινὶ ὑπάρχει*); nam oratio hac loquendi ratione tam obscura esset, ut sententia divinandae esset, non intelligenda. Deinde ad absurdum duci ab Aristotele dicitur id, cuius veritas probatur posito eo quod contrarium est.

Sin autem lectionem *μηδενί* cum Alexandri explicatione admittimus, sumit Aristoteles falsam conclusionem (*τὸ Α τῷ Γ μηδενί ὑπάρχειν*), omittit quod sumi debebat eius contrarium, adiicit propositionem minorem quae iam concessa est. Quid mirum igitur, si nihil absurdi exit, quum sumatur quod falsae conclusioni contrarium est? Nonne hoc indignum Aristotelis acumine? At fortasse falsa est explicatio quam Alexander proposuit et vera mens Aristotelis haec est, ut dicat „deductio ad absurdum in hoc syllogismo locum non habet: nam si quis dicat veram conclusionem non esse *τὸ Α τῷ Γ ἐνδέχασθαι μηδενί ὑπάρχειν*, sed *τὸ Α τῷ Γ μηδενί ὑπάρχειν*, nihil absurdi colligi poterit ex hac conclusione”. Sed ne haec quidem interpretatio admitti potest: aperte enim falsum esset quod Aristoteles diceret. Nam ex propositionibus *τὸ Α μηδενί ὑπάρχειν τῷ Γ* et *τὸ Α τῷ Β ἐνδέχασθαι μηδενί ὑπάρχειν* colligitur (v. cap. 15. syll. VI), conversa propositione *ΑΓ*, *τὸ Γ ἐνδέχασθαι μηδενί τῷ Β ὑπάρχειν*, quod repugnat propositioni minori (vs. 19) quam concessimus. His expositis iam clarum est, quo iure servaverimus lectionem quam Bkk. dedit vet. interpretis lat. et Boethii auctoritatem secuti, qua lectio *τινί* pro *μηδενί* commendatur (v. Buhle animadv. critt.). Sententia autem haec est vs. 20 — 24: „Conclusio erit *τοῦ ἐνδέχασθαι μὴ ὑπάρχειν*, non *τοῦ μὴ ὑπάρχειν*: nam in propositione maiore sumimus *τὸ ἐνδέχασθαι μηδενί*, et deductione quidem ad absurdum haec conclusio (*τοῦ ἐνδέχασθαι μηδενί*) probari nequit. Etenim si quis poneret quod conclusioni contrarium est *τὸ Α τῷ Γ τινί ὑπάρχειν* intell. ἐξ ἀνάγκης (quod intelligendum esse aperte docent quae praecesserunt), quum concessum sit *τὸ Α τῷ Β ἐνδέχασθαι μηδενί ὑπάρχειν*, nihil inde colligeretur quod absurdum esset.”

36 a 26 *ὅταν μὲν . . .* Significat syllogismum V. — Vs. 27 *ὅταν δὲ . . .* Sin autem B necessario praedicatur de nullo C, A vero potest praedicari de omni B.

36 a 28 *οὐδ' ὅταν . . .* Tangit syllogismum VI, quamquam non exponit: sin autem propositiones huius syllogismi transponantur, ut altera alterius locum occupet, non fieri syllogismum terminis expositis demonstrat.

36 a 32 *τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον*. Eodem modo res se habet in syllogismis particularibus, quia in prima et secunda figura syl-

logismi particulares ex universalibus fiunt, si in his propositio minor pro universali sumitur particularis, ut in particularibus de parte concludatur quod in universalibus de toto. Quare tabulas syllogismorum capp. 15 et 16 ita disposuimus, ut ex ordine universalis syllogismus particulari respondeat, primus septimo, octavo secundus et sic porro.

36a33 καὶ τὸ συμπέρασμα ἔσται, intell. dummodo fiat syllogismus: namque non semper fit, si propositio negans est necessaria. Loquitur autem de syllogismis IX et XII.

36a39 ὅταν δὲ . . . Haec dicta sunt de syllogismo X, vs. 40 ἢ τὸ καθόλου . . . de syllogismis VII et XI. Non commemoravit modum VIII, quem ut complecteretur, vs. 40 post ἢ adiicere poterat τὸ ἐν τῷ κατηγορικῷ ἢ τὸ ἐν et quae seq.

36b3 Reliquum est, ut demonstret non fieri syllogismum, si propositio minor sit universalis, maior particularis, vel utraque particularis. Praeterea monendum est duas coniugationes ex quibus non fit syllogismus ab Aristotele praetermissas esse, quae minorem habent necessario negantem de parte, maiorem incerte vel affirmantem vel negantem de toto.

36b5 Delenda putavimus verba πρὸς τῷ μείζονι ἄκρον cum Boethio: nam quamquam πρὸς cum casu dativo hoc sensu coniungitur, v. 39a35 et 61b16, cf. 37b29, 38a26, ubi Bkk. hoc non ferendum putavit (quamquam idem talit 61b23 et 26, 49a37, 36a25, b3 et 5), tamen, si ista verba servantur, et constructio offendit, quia praecessit πρὸς τὸ ἕλαττον ἄκρον, quod ex optimis libris restituimus vs. 3, et verba ipsa supervacanea sunt; facile enim, si omissa sunt, intelliguntur, ut aliena manu explicationis gratia addita esse videantur.

36b7 ὅταν δ' ἀναγκαῖον . . . Observata eadem conditione, ut propositio minor sit universalis.

36b19 Propositiones coniugationum, quas consideravimus cap. 15 et 16, similiter se habere debent, ut fiat syllogismus. Similitudo autem in eo est, quod ex syllogismis, de quibus cap. 15 dictum est, fiunt syllogismi capitis 16, si ὑπάρχειν mutatur in ἀναγκαῖον εἶναι, hoc solo, ait, discrimine, ut in illis (v. IV, VI, X et XII cap. 15) conclusio fiat possibilis, si propositio maior simpliciter neget, in his vero (v. III, VI, IX et XII cap. 16) conclusio non incerte, sed simpliciter neget, si maior necessario neget.

Cap. 17. *Indicat quae tribus capp. sequentibus expositurus est. 35 Termini propositionis possibilis negativae non convertuntur; 37 a 9 namque eos converti ne deductione quidem facta ad absurdum demonstrari potest. 32 E binis propositionibus possibilibus in secunda figura non fit syllogismus, sive universales sunt, b 13 sive particulares.*

36 b 30 Non adiecit τῆς δὲ στερητικῆς ἐνδέχασθαι, sicut **37 b 20**, quia in secunda figura alteram propositionem negantem esse per se intelligitur.

36 b 31 τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον. Nam quem locum in illis tenet τὸ ὑπάρχον, ut diximus, eum in his τὸ ἀναγκαῖον.

37 a 4 Postquam deductione facta ad absurdum probavit non converti terminos propositionis τὸ *A* ἐνδέχεται μηδενὶ τῷ *B*, idem etiam alia ratione demonstrat. Etenim si quando fit, ut *B* necessario negetur de aliquo *A*, non recte dicitur, si τὸ ἐνδέχασθαι sensu proprio accipiat, *B* posse praedicari de nullo *A* (hoc est enim quod dicit vs. 8 τὸ δ' ἀναγκαῖον οὐκ ἦν ἐνδεχόμενον), quia quod de nullo, id etiam de omni praedicari potest.

37 a 9 ἀλλὰ μὴν . . . Namque sunt fortasse qui deductione facta ad absurdum conversionem demonstrari posse putent.

37 a 15 οὐ γὰρ εἰ μὴ . . . Demonstrationem modo propositam vs. 10—14 refutat, sed causam, cur non admittenda sit, non satis videtur perspexisse: unde factum est, ut obscurius de ea disputaverit. Diximus supra omnem vim deductionis in eo positam esse, ut quod sumatur re vera repugnet ei propositioni quae probanda sit: quare, si quid ambigui inest in ipsa propositione vel in eo quod propositioni repugnet, deductio fieri non poterit (v. quae diximus ad **33 b 30**). Apparet autem vs. 11 τὸ ἐνδέχασθαι μηδενὶ sensu proprio poni, ut sit „posse praedicari de nullo”: convertuntur igitur τὸ ἐνδέχασθαι μηδενὶ et τὸ ἐνδέχασθαι παντὶ, ut quod alteri repugnet etiam alteri repugnare debeat. Iam τῷ ἐνδέχασθαι μηδενὶ opponitur τὸ ἐξ ἀνάγκης τινὶ ὑπάρχειν, τῷ ἐνδέχασθαι παντὶ vero opponitur τὸ ἐξ ἀνάγκης τινὶ μὴ ὑπάρχειν: quare si τὸ ἐνδέχασθαι μηδενὶ demonstrari potest per deductionem, absurdi aliquid provenire debeat, et si sumimus τὸ ἐξ ἀνάγκης τινὶ ὑπάρχειν et si sumimus τὸ ἐξ ἀνάγκης τινὶ μὴ ὑπάρχειν. Si illud sumimus, fit deductio quam habemus vs. 10—14; si hoc, nihil absurdi consequitur (vs. 29 τούτου, h. e. τοῦ ἐξ

ἀνάγκης τινὶ μὴ ὑπάρχειν): quare deductio in his locum habere nequit. His expositis clarum erit, quomodo res ipsa se habeat: restat, ut Aristotelis verba exponamus. Duplex, inquit, sensus est τοῦ μὴ ἐνδέχεσθαι μηδενί (imo, triplex: nam etiam de eo quod ἐνδέχεται τινὶ vel οὐ παντὶ enuntiare licebit τὸ μὴ ἐνδέχεσθαι μηδενί): dicitur enim et de eo quod necessario praedicatur de aliquo et de eo quod necessario de aliquo non praedicatur. Ac illud quidem clarum est, hoc vero (quod dicitur de eo quod necessario negetur de aliquo) inde apparet, quod non proprie dicitur „praedicari posse” id quod praedicari debet: quare, si quid de aliquo debet non praedicari (h. e. si necessario non praedicatur), de eo non licebit dicere ἐνδέχεσθαι μηδενί (posse tantum fieri, ut praedicetur de nullo), sed dicendum erit μὴ ἐνδέχεσθαι μηδενί, sicut etiam in iis quae affirmantur „posse de omni praedicari” non dicitur id quod necessario praedicatur de aliquo. Argutius hoc Aristoteles quam verius. Non nego quidem inesse in illis verbis ambiguitatem quam Aristoteles dicit, quis autem, quaeso, erit qui altero sensu accipiat? Quis erit qui τὸ *A* μὴ ἐνδέχεσθαι μηδενί τῷ *B* dictum putet pro τὸ *A* ἐξ ἀνάγκης μὴ ὑπάρχειν τινὶ τῷ *B*? Idem esset enim, si quis τὸ *A* μὴ ἐνδέχεσθαι παντὶ τῷ *B* ita accipere velit, ut *A* de omni quidem *B* praedicari nequeat, sed de aliquo *B* necessario praedicetur.

37a26 δῆλον οὖν . . . Haec verba sensu omnino destituta sunt, nisi vs. 28 lectionem codicis *B* cum Boethio recipias. Namque si servas lectionem Bekkeri, non video quid sit, unde appareat non nisi alterum sensum τοῦ μὴ ἐνδέχεσθαι admitti posse: quid est enim, quod, si sensus duplex est, alter alteri praeferendus sit? Si quid ambiguum est in deductione, cur non liceat definita ambiguitate duplicem facere deductionem? Hoc certe faciendum erat Aristoteli, ut deductionem ad absurdum fieri non posse demonstraret, et hoc est quod fecit. Argumentatur enim hoc modo. Duplicem sensum habet τὸ μὴ ἐνδέχεσθαι μηδενί, quod si altero sensu accipitur, fit deductio, sin autem altero, non fit: quare, quum et fiat deductio et non fiat, hanc demonstrandi rationem hoc loco admitti non posse intelligitur.

37a35 τεθέντος γὰρ . . . Explicabimus hoc, ne quis per intpp. in errorem inducatur. Quia conclusio fieri utique deberet τοῦ ἐνδέχεσθαι (ut docet vs. 38), si quid colligitur, aut colligitur

τὸ *B* παντὶ τῷ *Γ* ἐνδέχεσθαι ὑπάρχειν aut τὸ *B* ἐνδέχεσθαι μηδενὶ τῷ *Γ* ὑπάρχειν. Iam si re vera colligeretur τὸ ἐνδέχεσθαι μηδενί, absurdi aliquid consequi deberet, si quis poneret τὸ ἐνδέχεσθαι παντὶ veram esse conclusionem: unde quum nihil absurdi exeat, aut utrumque colligitur aut neutrum: nihil igitur omnino colligitur.

37a36 ἐνδέχοιτο γὰρ ἂν . . . Hoc esset enim quod colligeretur ex propositionibus *AB* et *BΓ*.

37b13 Particularem syllogismum non fieri inde patet, quod non fit universalis: v. quae diximus ad 36a32. Ex eodem fonte fuit demonstratio quam habuimus 26b14, 27b20 al. ἐκ τοῦ ἀδιορίστου.

Cap. 18. De syllogismis secundae figurae universalibus, qui alteram propositionem habent simplicem, alteram possibilem, 39 de particularibus syllogismis.

Ex octo coniugationibus propositionum universalium sunt quattuor quae syllogismum faciunt. Duas commemorat vs. 25 et 29, reliquas vs. 30: unde qui fiant particulares syllogismi apparebit, si propositionem minorem sumimus particularem pro universali.

37b29 ὁμοίως δὲ . . . hoc tamen discrimine, ut conversa propositione simplici non fiat conclusio τοῦ *BΓ*, sed τοῦ *ΓB*; colligitur enim ὅτι τὸ *Γ* ἐνδέχεται μηδενὶ τῷ *B*. Eadem conclusio fit etiam ex altera coniugatione quae utramque propositionem habet negantem (vs. 30): nam propositio possibilis negans, ut fiat syllogismus, in affirmantem converti debet.

Cap. 19. De syllogismis secundae figurae, qui alteram propositionem necessariam habent, alteram possibilem. 16 Exponitur, quomodo res se habeat, si altera affirmet, altera neget, primum si necessaria neget, 26 deinde si necessaria affirmet; b6 si utraque neget, 13 vel utraque affirmet. 24 De syllogismis particularibus. 38 Conferuntur syllogismi capitulis 18 et 19.

38a30 συμβαίνει γὰρ . . . Accidit enim aliquando, ut conclusio *BΓ* necessaria sit, quod probat non fieri syllogismum: nam si fit syllogismus, conclusio non erit τοῦ ἀναγκαῖον εἶναι, sed non poterit non esse τοῦ ἐνδέχεσθαι. Causam indicat vs. 36 sq.

38a35 οὐκ ἦν ἐνδεχόμενον, h. e. οὐκ ἦν τὸ αὐτὸ τῷ ἐνδεχομένῳ.
38a37 ἢ ἐξ ἀμφ., v. quae habuimus 30b7—9: nam si conclusio necessaria ex altera propositione simplici, altera necessaria non

fit, nisi propositio necessaria neget, sequitur eidem conditioni satisfaciendum esse, si pro simplici propositione sumatur possibilis, quia propositio possibilis longius abest a necessitate quam propositio simplex: quare ut exeat aliquid necessarii ex eo quod sumtum est ut possibile, iisdem certe conditionibus satisfaciendum erit quae obtinerent, si, quod sumtum est ut possibile, poneretur simpliciter. Quamquam iam ex iis quae diximus satis apparet non fieri syllogismum, tamen (vs. 38 *ἐτι δὲ . . .*) etiam probat non fieri conclusionem τοῦ ὑπάρχειν. Namque quum demonstraverit neque τοῦ ἐνδέχεσθαι neque τοῦ ἀναγκαῖον εἶναι fieri posse syllogismum, aliis terminis allatis, secundum quos conclusio esse deberet τοῦ παντὶ ὑπάρχειν, ostendit colligi non posse τὸ μὴ ὑπάρχειν, h. e. τὸ μηδενὶ ὑπάρχειν: nam τὸ παντὶ ὑπάρχειν non concludi apparet ex terminis τοῦ ἐξ ἀνάγκης μὴ ὑπάρχειν, quos dedit vs. 31. Praeterea notandum est, quod vs. 40 scripsit παντὶ ἐνδέχεσθαι: expectabas enim μηδενὶ ἐνδέχεσθαι, quod quum eandem vim habeat, non est quod miremur alterum in alterius locum substitutum esse.

38b3 οὐδὲ δὴ τῶν . . . Sententiam Aristotelis ex ipsa qua usus est demonstrandi ratione intelligere licet. Ex quibuscunque propositionibus non fieri syllogismum probatum erit, si ostendimus non posse concludi neque τὸ ἐνδέχεσθαι ὑπάρχειν neque τὸ ὑπάρχειν neque τὸ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν, neque τὸ ἐνδέχεσθαι μὴ ὑπάρχειν neque τὸ μὴ ὑπάρχειν neque τὸ ἐξ ἀνάγκης μὴ ὑπάρχειν. His enim continentur quaecunque poterunt concludi. Sin autem invenimus terminos, secundum quos conclusio esse deberet τοῦ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν, demonstratum erit non posse colligi quae quarto, quinto et sexto loco posuimus, contra si existant termini qui conclusionem esse volunt τοῦ ἐξ ἀνάγκης μὴ ὑπάρχειν, probatum erit non posse colligi quae primo, secundo et tertio loco collocavimus. Apparet igitur non fieri syllogismum, si inveniantur termini et τοῦ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν et τοῦ ἐξ ἀνάγκης μὴ ὑπάρχειν, ut dubium esse non possit quae dicantur αἱ ἀντικείμεναι φάσεις. Patet inde, qua ratione explicanda sit lectio quam Bkk. recepit: quae, quamquam bene habere videatur, tamen a nobis non servata est. Nam lectionem φάσεων non solum ignorat Alexander, quamquam Philoponus duplicem lectionem agnoscit, sed etiam ex ipso scholio quod scripsit orta videtur lectio quam

codices nostri praebent omnes excepto *n*, qui cum Alexandro et Boethio habet *καταφάσεων*. Hanc igitur lectionem praetulimus et propter antiquitatem qua commendatur et propter maiorem difficultatem quam habet: quare veri similis est *καταφάσεων* mutatum esse in *φάσεων* quam eum qui repererit *φάσεων* scribendum putavisse *καταφάσεων*. Idem est vs. 21: nam vet. intp. vertit „oppositis affirmationibus” Boethius „oppositarum affirmationum” cum quibus convenit quod habuit Alexander. Accedit quod facile est ad explicandum, quomodo in contextum irrepererint quae codices praebent. Videlicet *καταφάσεων* mutatum est in *ἀποφάνσεων* ab iis qui non tam de affirmationibus quam de enuntiationibus Aristotelem loqui putarent; quam quidem opinionem etiam Alexandrum habuisse videmus, qui vs. 3 *καταφάσεων* pro *φάσεων* dictum esse putat: e lectione vulgari per mendam nata est lectio *ἀποφάσεων* (*f*), dum alii pro enuntiatione ipsa eius genera nominanda putarent, ut scriberent *καταφάσεων καὶ ἀποφάσεων* (*n*), unde alii denique correxerunt *ἀντιφάσεων*. Nostram lectionem vs. 4 et 21 retinendam esse, si habeat quo explicetur, nemo erit, opinor, quin concedat; et vs. 21 quidem lectio *καταφάσεων* non solum sensu non caret, sed optimum sensum praebet. Dixit enim vs. 14 sq. neque fieri syllogismum *τοῦ μὴ ὑπάρχειν* neque *τοῦ ἐξ ἀνάγκης μὴ ὑπάρχειν*, vs. 18 probavit neque conclusionem esse posse *τοῦ ἐνδέχασθαι μὴ ὑπάρχειν*: quare vs. 21 sic pergit: „neque vero affirmationum oppositarum (h. e. *τοῦ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν*, *τοῦ ὑπάρχειν* et *τοῦ ἐνδέχασθαι ὑπάρχειν*) syllogismus fieri poterit, quoniam demonstratum est esse terminos, secundum quos τὸ ΒΓ esse deberet *ἐξ ἀνάγκης οὐχ ὑπάρχον*, quo tres illae affirmationes tolluntur”. Quae quum ita sint, dubium esse vix poterit, quomodo lectio *καταφάσεων* vs. 4 explicanda sit et defendenda. Postquam enim ostendit vs. 2 non fieri syllogismum *τοῦ μὴ ὑπάρχειν*, adiicit neque igitur concludi posse affirmationes oppositas (intell. *τῷ μὴ ὑπάρχειν*): nam a 30 sq. iam terminos proposuit, qui ostendunt nihil posse colligi quod affirmet. 38 b 5 *ἀνάπαλιον*, h. e. si propositio maior sumitur necessario affirmans.

38 b 13 τὸ *στερητικόν*, h. e. τὸ *ἐξ ἀνάγκης μὴ ὑπάρχειν*. Est discrimen inter *στερητικόν* et *ἀποφατικόν*. Nam quidquid profertur cum negatione, id dicitur *στερητικόν* (v. e. g. 39 b 22),

ἀποφατικὸν autem est id quod opponitur τῷ καταφατικῷ ut affirmationi negatio. Illud igitur pro hoc poterit usurpari, non vice versa hoc pro illo.

38b18 ἐξ ἀνάγκης γάρ . . . Nam si utraque propositio affirmat, licebit invenire terminos ita comparatos, ut B de C praedicari nequeat.

38b41 καὶ ὅτι . . . 39a3 σχημάτων omissa sunt in versione Zelli, quamquam de causis, ob quas hoc factum sit, ne verbum quidem dicitur.

38b42 τὸν αὐτὸν τρόπον . . . Idem de prima figura tradidit 36b19 aqq.

Cap. 20. Quid agatur in tribus capitibus quas sequuntur.

14 *De syllogismis universalibus tertiae figurae, qui sunt ex utraque propositione possibili, 28 de iis qui fiunt ex altera universali, altera particulari. b2 De coniunctione propositionis particularis cum particulari.*

39a27 Secuti sumus lectionem codicis *n*, quam etiam Boethius habuit, „si transmutatur contingere non inesse“. Eandem iure Sylburgius restituit ex edd. antiquiss. Nam μεταλαμβάνεσθαι est „aliter sumi“ (v. quae dicemus ad 41a39), non „sumi loco alterius rei“: quare aut dicendum erat ἐὰν μεταληφθῆ εἰς τὸ ἐνδέχεσθαι ὑπάρχειν, quod sensisse videtur auctor lectionis quam exhibet cod. *C*, aut quod nos dedimus ἐὰν μεταληφθῆ τὸ ἐνδέχεσθαι μὴ ὑπάρχειν.

39a35 Cur hoc loco Bkk. non tulerit τῷ, quum aliis locis similia ferenda putaverit, nescio; v. quae diximus ad 36b5.

39a36 ὡσαύτως. Hoc tamen discrimine, ut duabus conversionibus opus sit.

Cap. 21. De syllogismis tertiae figurae, qui alteram propositionem habent simplicem, alteram possibilem: 10 de universalibus, 26 de particularibus. 49a1 Ex utraque particulari non fit syllogismus.

39b22 Omisimus quod addi solet ἐνδεχόμενον ante στρεπτικόν, quod neque Alexander habuit neque Philoponus neque agnoscit codex *n*. Certe facile fieri poterat, ut intruderetur, quia re vera non de eo cogitandum est quod simpliciter asseritur, sed de ἐνδεχομένῳ: nam omnino non fit syllogismus, si propositio minor simpliciter negat; unde factum est, ut Aristoteles, quoniam

brevius agit de his syllogismis, omiserit vocem *ἐνδεχόμενον*, quippe quae etiam non expressa facile intelligatur. Quum igitur in his codicem *n* ceteris praestare viderimus, non dubitavimus eundem etiam sequi vs. 10; solus enim omisit verba *ὄν καὶ ἐν* quae ante *τοῖς* adici solent. Alia ab aliis recepta sunt (v. Buhlmanni animadv. critt.), quorum varietas mendum subesse prodit. Accedit quod aliena manu verba *ὄν καὶ ἐν* adiecta quam in scribendo omissa esse veri similis est.

39 b 31 *ἔσται ὁ συλλογισμὸς*. Lectionem vulgarem e codd. reduximus. Bkk. omisit articulum.

40 a 2 *ἐν τοῖς καθόλου*. At ubi egit de universalibus syllogismis nihil dixit de iis coniugationibus ex quibus non fiat syllogismus. Namque res se habet item atque cap. 20, quod innuit 39 b 10. Quamvis igitur dicas verba *ἐν τοῖς καθόλου* respicere ad initium capitis 21, tamen non offendit, quod exempla ipsa quibus comprobatur non fieri syllogismum, reperiuntur in capite praecedenti: quare emendatione non opus erit, quam Zell ab Alexandro propositam Iulio Pacio probatam necessariam putavit, *ἢ καὶ ἐπὶ τῶν ἐξ ἀμφοτέρων ἐνδεχομένων*.

Cap. 22. *De syllogismis tertiae figurae universalibus, quae alteram propositionem necessariam habent, alteram possibilem, 11 si utraque propositio affirmat, 18 si maior negat, minor affirmat, 33 si minor negat, maior vel affirmat vel negat. 39 De particularibus syllogismis. b 12 Quae communia sint syllogismis tertiae figurae, quorum vel utraque vel altera propositio sit possibilis.*

40 a 9 Omitterem prius *μὴ ὑπάρχειν* cum cod. *n*, nisi Alexandrum habuisse ex scholiis (169 a 3) appareret.

40 a 13 Quum differant codices *A* et *n* in loco quo collocandum sit τῶ *Γ*, quod Bkk. habet post τὸ δὲ *B*, reliqui vero codd. plane praetermiserint, e contextu illud eiecimus, praesertim quum facile intelligatur.

40 a 21 *καὶ γὰρ ἡ στερητικὴ . . .* Ante haec verba Zell addidit „und der Schlusssatz wird nur als möglich, nicht aber schlechthin ausgedrückt erscheinen“, quae, si in contextum inferenda putavit, male, si explicationis causa adiecit, bene habent. Difficultatem enim habet particula *γὰρ*, quae si abesset, Aristoteles diceret hoc. „Erit prima figura, in qua, quum propositio negans significet τὸ ἐνδέχασθαι, conclusionem quoque

- esse τοῦ ἐνδέχεσθαι apparet". Quod ita esse in coniugationibus propositionis affirmantis cum negante vidimus 36a20. Nemo certe haereret, si verba καὶ γὰρ vs. 21 ... 22 σημαίνει collocata essent post ἐνδεχόμενον vs. 23: nam istis verbis non continetur causa eorum quae praecesserunt, sed potius eorum quae sequuntur. Turbavit orationem ingenii celeritas. Aristoteles, quamvis nondum satis expresserit quae praecedere debebant, iam de iis cogitans quae sequuntur ad alia properat: animus enim praecipitur in causis investigandis, dum res ipsa, in cuius causas inquit, nondum satis expressa est.
- 40a30 συνέβαινε, v. syll. IX cap. 16, in quo, quum conclusio fuerit τοῦ μὴ ὑπάρχειν τὸ *A* τινὶ τῶ *Γ*, iam quia propositio *BΓ* conversa est, ut prima figura exeat, *B* substituendum erit in locum termini *Γ*, ut conclusio sit τοῦ μὴ ὑπάρχειν τὸ *A* τινὶ τῶ *B*.
- 40a33 εἶταν δὲ ... Complectitur his verbis praeter coniunctiones minoris propositionis negantis cum maiore affirmante etiam eas quae utramque negantem habent: unde patet, quamquam non expresse dixit, in iis quae praecesserunt non agi nisi de iis coniugationibus quae maiorem habeant negantem, minorem affirmantem.
- 40a37 Invitis codicibus servavimus lectionem quam et Bkk. dedit et vet. intp. (cod. Gothan.) habet, quamquam cum codicibus et Boethius consentit et Philoponus, ut ex scholiis apparet: Philoponum autem male intellexisse hunc locum iam inde patet, quod primae figurae syllogismum fecit, quum de tertia agatur. Tamen fortasse erit qui codicum lectionem restituendam putet, si habeat quo explicetur. Si quis igitur dicat terminorum esse hunc ordinem, ut *A* sit ὕπνος, *B* καθυσύδων (s. ἐγρηγορώς) ἀνθρώπος, *Γ* ἵππος, qui ut terminus medius in tertia figura recte secundum locum occupet, quia sit is, de quo in propositione maiore praedicetur *A*, bene habere videntur omnia, nisi quod obstat ipsa consuetudo Aristotelis: solet enim in syllogismis tertiae figurae terminos ita collocare, ut medius ultimum locum occupet, v. 39b5 sq., 31b41—32a5 al., quare, quamquam ferri posset quod codices praebent, tamen levem mutationem facere quam usum loquendi qui apud Aristotelem obtinet non servare malimus.

Cap. 23. *Demonstrandum est confici posse quodcunque colligatur per universales syllogismos primae figurae. 23 Generatim componuntur quaecunque colligi possunt. 30 Ut proveniat simplex conclusio, duabus propositionibus opus est 37 iisque coniunctis per terminum medium: 41a13 quae quidem coniunctio triplex est. 22 Eadem ratio eorum est, quae deductione facta ad absurdum demonstrantur, 37 et quaecunque conficiuntur ἐξ ὑποθέσεως. b1 Colligitur quod hoc cap. demonstratum est.*

40 b17 Quum adhuc nos edocuerit, quibus positis quae fiat conclusio et qua ratione fiat, iam demonstrat praeter eos quos exposuit modos non dari alium quo quid possit colligi: quod si probatum erit, sequitur prioribus duobus modis primae figurae posse demonstrari quodcunque demonstretur. Apparet inde, quam inepte Philoponus hanc partem libri inscripserit *περὶ τῶν ὑποθετικῶν συλλογισμῶν*.

40 b24 ἢ ὑπάρχον τι ἢ ... Verbum *ὑπάρχειν* hoc loco latius patet: nam accipiendum est non solum de iis quae simpliciter praedicantur, sed etiam de iis quae incerte et quae necessario. — Num affirmet conclusio an neget, num de toto an de parte aliquid praedicet, nihil facit ad id quod demonstrandum Aristoteles hoc loco sibi proposuit, omnes syllogismos reduci ad universales syllogismos primae figurae; nam ipsa demonstrandi ratio eadem manet: alia est, si recta via argumentatio procedit, alia, si deducitur ad impossibile. Hoc erit igitur ad quod respicere debemus, si ostendere volumus quod positum est.

40 b25 ἐξ ὑποθέσεως. Hypothetica dicitur demonstratio quae non recta pergit a propositionibus sumtis ad id quod colligi debet, sed quae, ut efficiat quod vult, alia quaedam praeter ipsas propositiones, ut sibi concedantur, postulat: quae cum ex alterius arbitrio pendeant, demonstratio dicitur hypothetica, quippe quae non admittatur nisi ea conditione, ut quae postularentur dentur ab altero. Apparet inde, et quo iure deductio ad impossibile appelletur demonstratio hypothetica — namque ut fiat, necesse est sumere quod conclusioni repugnet, quod si re vera repugnare et cum eo cui repugnet simul consistere non posse negetur ab altero, deductio locum non habet, cf. quae dicemus ad 41a24 — et quid intersit inter syllogismum hypotheticum quem vocat Aristoteles et eum quem nos hoc

nomine appellare solemus: siquidem quem nos dicimus, non nisi forma differt a syllogismo categorico, quem vero Aristoteles, reapse ab illo diversus est. Eadem ratione qua syllogismi differunt verba *τιθέναι* et *ὑποτιθέναι*: quare in definitione syllogismi simplicis 24 b 19 dixit *τεθέντων τινῶν*. Neque tamen ubique hoc discrimen observat: dicit enim 1013 b 20 *αἱ ὑποθέσεις τοῦ συμπεράσματος*, ut ipsas propositiones significet ex quibus fiat syllogismus. 195 a 18 *αἱ ὑποθέσεις τοῦ συμπεράσματος ὡς τὸ ἐξ οὗ αἰτία ἐστίν*. Opponi solent ab Aristotele τὸ ἐξ ὑποθέσεως et τὸ ἀπλῶς, id quod simpliciter dicitur ei quod non sine quadam conditione profertur. 1278 a 5 οἱ μὲν ἀπλῶς, οἱ δ' ἐξ ὑποθέσεως πολιταὶ μὲν γὰρ εἰσὶν ἀλλ' ἀτελεῖς. 1332 a 10 λέγω δ' ἐξ ὑποθέσεως *τάναγκαῖα*, τὸ δ' ἀπλῶς τὸ καλῶς, quod sic intelligendum est. Beata vita est summum bonum: quare omnia alia fieri debent propter illam. Beata vita (τὸ καλὸν) igitur per se (ἀπλῶς) expetenda est, reliqua omnia, quippe quae necessaria sint propter illam, fiunt ἐξ ὑποθέσεως. 1288 b 28 *ἔτι δὲ τρίτην τὴν ἐξ ὑποθέσεως* (intell. *ἀρίστην πολιτείαν οὗ δεῖ ληθῆναι τὸν νομοθέτην*): namque prima erat respublica quae per se spectata est optima (das Ideal), altera erat optima omnium quae fieri possint in terris, tertia denique est ea qua melior existere non potest, si omnium rerum, ex quibus certae reipublicae conditio pendeat (τῶν ὑποτιθέντων), iusta habeatur ratio, cf. *πρὸς τὴν ὑπόθεσιν* 1296 a 32. Biese II. p. 444 et 496. Alio sensu dicitur 1317 a 40 *ὑπόθεσις μὲν οὖν τῆς δημοκρατικῆς πολιτείας ἐλευθερία*: idem enim hic significat *ὑπόθεσις* quod al. dicere solet *ὄρον*. Ceterum *ὑπόθεσιν* dici quodcumque orationi subiectum sit, de quo disputetur, non est quod exemplis comprobemus. Minus late patet Anal. post. 72 a 20, et 76 b 29, quibus locis quae dicit inter se videntur pugnare. Nam altero loco hypothesin facit alteram partem *θέσεως*, quam paullo ante (72 a 15) ita definivit, ut sit propositio quae, quamvis ipsa demonstrari nequeat, initium faciat syllogismi et de qua discentem certum esse non necesse sit, altero loco vero *ὑποτιθεσθαι* ea dici decernit quae, quamvis demonstrari possint, ponantur non demonstrata ut veri similia ei qui discat. Difficultas tollitur, si spectamus naturam *ὑποθέσεως*, quae non in eo est quod vel demonstrari possit vel non possit, sed in eo quod qui discat, quamquam nihil habeat certi, tamen ponat,

non ut certum quidem, imo ne ut veri simile quidem, sed ponat quodcumque sit eo consilio, ut quod inde consequatur perspiciat.

40 b 30 Exponit, qualia esse debeant ex quibus fiat syllogismus.

40 b 32 τὸ ἐξ ἀρχῆς . . . Quod ab initio ad demonstrandum propositum est, sumetur, quasi esset demonstratum, h. e. fiet petitio principii, quam dicunt: nam ἀρχῆ (principium) hoc loco est id cuius causa quaestio instituitur, id quod demonstratio assequi vult, τὸ αἴτιον τελικόν, quod dicunt intpp. ad Anal. post. II init.: male igitur Zell „so ist diefs eine Annahme des Grundes“.

40 b 33 Praedicetur igitur A de termino C; iam si C de nullo alio, neque alius de termino C, neque de termino A alius, nihil colligi poterit, quia ex propositione AC sola nihil consequitur. Si igitur (vs. 37) sumsimus A praedicari de termino C, ut fiat syllogismus, etiam alia propositio assumenda erit, quae cum illa ita possit coniungi, ut aliquid inde consequatur. Quod si fieri volumus, necesse est, ut aut A de alio termino aut de termino A alius aut alius de termino C aut C de alio praedicetur. Apparet autem, quamvis fiat syllogismus, nihil posse confici ex iis ipsis quae sumsimus, si altera propositio ita comparata sit, ut vel primae vel secundae vel tertiae conditioni satisfaciat (nam premenda sunt verba οὐκ ἔσται διὰ τῶν ἐλλημμένων vs. 39, h. e. non erit perfectus syllogismus, quo recta via a propositionibus ad conclusionem procedere liceat): restat igitur, ut C praedicetur de alio termino. Nam huic uni conditioni si satisfactum erit, continuo proveniet conclusio. Iam si C (vs. 40) non praedicatur de termino B, sed de quocunque alio, non fit conclusio AB, quam conficere volebamus; sed haec quidem non exhibit, nisi C aut praedicetur de ipso termino B aut de alio, qui praedicetur de termino B.

41 a 6 ὁ δὲ τοῦδε πρὸς τόδε, syllogismus qui tendit ab altero termino (a maiore) ad alterum (ad minorem): monstrat enim viam qua pervenimus ab altero ad alterum a priori distantem. Verba ὁ δὲ τοῦδε . . . τῆ προτάσεων a Zello plane omitta video, quamquam exempla quae afferuntur vs. 8 sq. illa optime habere probant: nam priori exemplo proponitur ὁ πρὸς τόδε συλλογισμός, altero ὁ τοῦδε πρὸς τόδε.

41 a 16 ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ εἰρ. σχ. . Trdlbg. Elem. log. p. 95 (cf. not.) „Qui terminorum naturam spectant, eos tria figurarum

genera, qui externam enunciationum formam, eos quatuor constituere necesse est. Quare Galenus non addidit, ut vulgo putant, quartam tribus prioribus, sed tres Aristotelis in quatuor novas convertit; nituntur enim plane alio dividendi fundamento". Unde apparet, quam iniquum sit quod dixit Gumpesch p. 119 „Bei dieser Schrift darf man nicht vergessen den Empirismus und den Zweck des Aristoteles. So hätte er bestimmt auch die vierte Figur des Galenos herausgehoben, wären die Schlüsse dieser Figur so häufig als die der andern" et Ritter Gesch. der Phil. III. p. 93 not. 2 „Dieses muß dem Aristoteles allerdings als Fehler angerechnet werden, weil er zu beweisen sucht, daß nur in den drei Figuren geschlossen werden könne". Cf. 47 a 40—b 5.

41 a 18 Non refert utrum plures sumantur medii termini an unus: eadem enim manet demonstrandi ratio, quamvis conclusionum numerus augeatur.

41 a 24 Quod ad demonstrandum propositum est ($\tau\delta\ \xi\ \acute{\alpha}\rho\chi\eta\varsigma$) probatur ea conditione ($\xi\ \acute{\upsilon}\pi\omicron\theta\acute{\epsilon}\sigma\epsilon\omega\varsigma$), ut aliquid admittendum sit quod concedi nequeat, si ponatur contrarium (intell. $\tau\omicron\upsilon\ \xi\ \acute{\alpha}\rho\chi\eta\varsigma$).

41 a 26 $\delta\iota\grave{\alpha}\ \tau\omicron\ \gamma\iota\nu\epsilon\sigma\theta\alpha\iota\ \tau\grave{\alpha}\ \pi\epsilon\iota\tau\tau\grave{\alpha}$. . . Ios. Blancanus (Aristotelis loca mathematica coll. et explicata. Bonon. 1615) hunc locum silentio praeteriit. Iul. Pacius in comm. p. 153 b init. nos delegat ad Alexandri explicationem, quam confusam et perplexam Brandis inter scholia collecta non recepit: et nos quidem Alexandri locum non corrigimus, quamquam ex iis quae dicemus patebit, quomodo restituendus sit. Siquidem explanatio quam ille proposuit haec est. Quadrati $\alpha\beta\gamma\delta$ sit diametros $\beta\gamma$, latus $\alpha\beta$. Iam si sumimus $\sigma\acute{\upsilon}\mu\mu\epsilon\tau\omicron\nu$ (rationalem, quod dicunt) esse diametrum et latus, duo numeri inveniri poterunt, qui rationem expriment quam diametros et latus inter se habeant: quare erit $\beta\gamma : \alpha\beta = a : b$. Numeri autem a et b ita comparati esse debent, ut aut uterque sit impar, aut unus par, alter impar: nam si uterque esset par, dimidiae partes eorum, quae eandem rationem exprimerent, sumendae essent. Quod ut signis declaremus, proportionem scribamus hoc modo:

$$\beta\gamma : \alpha\beta = \begin{cases} (2n + 1) : 2m \\ 2n & : (2m + 1) \\ (2n + 1) : (2m + 1) \end{cases}$$

Quum autem numerorum quadratorum parium dimidia partes utique sint numeri pares (etenim numerorum quadratorum radices aut pares sunt aut impares: si radix est numerus par, numerus quadratus erit $(2n)^2 = 4n^2$; si impar, numerus quadratus erit $(2n + 1)^2 = 4n^2 + 4n + 1$, unde apparet omnem numerum quadratum aut imparem esse aut etiam dimidiam eius partem esse numerum parem), $\beta\gamma^2$ autem exprimi debeat numero pari, quia $\beta\gamma^2 = 2\alpha\beta^2$: consequitur $\alpha\beta^2 = \frac{1}{2}\beta\gamma^2 = 2n$; erit igitur $\beta\gamma : \alpha\beta = 2n : 2m$ (quum enim viderimus numerum quadratum parem esse, si radix par sit, $\beta\gamma$ et $\alpha\beta$ non poterunt non exprimi numeris paribus), neutiquam vero ratio quam habeant lineae $\beta\gamma$ et $\alpha\beta$ exprimi poterit sive binis numeris imparibus sive altero pari altero impari. Hanc proportionem si conferimus cum ea quam supra habuimus, ubi rationem linearum $\beta\gamma$ et $\alpha\beta$ aut binis numeris paribus aut altero pari altero impari exprimendam esse diximus, numerum imparem pari aequalem dicere coacti sumus, quod absurdum est. De veritate huius demonstrationis disputare, praesertim quum quid statuendum sit de ea satis facile sit ad intelligendum, non est huius loci; nobis enim hoc loco nihil propositum est nisi ut veram mentem Aristotelis patefaciamus.

41a32 διὰ τὴν ἐξ . . . per eam hypothesin quam sumimus ab initio deductionis ad impossibile: unde colligit a syllogismo qui recta procedat deductionem non ipsa concludendi ratione differre, sed eo quod demonstratur: illo enim probatur quod verum est, hac quod aperte falsum est ex eo quod, licet falsum, positum est tanquam verum.

41a39 τὸ μεταλαμβάνομενον Alexander optime ita explicat, ut quod positum sit sumatur aliter quam positum sit. Quomodo hoc fiat, exemplo proposito ostendit: nam quod cum conditione prolatum est, id iam conditione omiſsa pronuntiatur. Si igitur Aristoteles in omnibus syllogismis hypotheticis conclusionem fieri dicit πρὸς τὸ μεταλαμβάνομενον, hoc nihil aliud est, quam si diceret in conclusione sine conditione simpliciter (ὕπαρχόντως) proferri quod antea cum conditione prolatum sit: v. c. Si voluntas non pendet ex corpore, corpus non movetur per se solum: voluntas non pendet ex corpore (τὸ μεταλαμβάνομενον), corpus igitur non movetur per se solum.

Iam si fit syllogismus, fiat *πρός τὸ μεταλαμβάνομενον* necesse est, h. e. sin autem syllogismus in his locum habet, nihil hoc syllogismo demonstrari poterit nisi *τὸ μεταλαμβάνομενον*, e. g. hoc modo. Quod e mente pendet non pendet ex corpore, voluntas pendet e mente, voluntas igitur non pendet ex corpore — hoc esse quod Aristoteles sibi velit patet ex usu prae-positionis *πρός*, quae aliam huius loci interpretationem non admittit: eandem vim praepositio habebat 29 a 23, 40 b 39, 41 a 6 sq. Id vero, pergit, quod demonstrandum est (*τὸ ἐξ ἀρχῆς*, corpus non moveri per se solum) e concessione suspensum est: *ὁμολογία* quam dicit haec est, „corpus non moveri per se solum, si voluntas non pendeat ex corpore” — ne quis putet *τὸ μεταλαμβάνομενον* Aristotelem dicere *περαινέσθαι δι’ ὁμολογίας*, monemus, quod illud quidem syllogismo categorico confici posse dixerit, e concessione vero suspensum dicat ipsum nexum causalem, qui obtineat inter conditionem et id quod ex ea colligatur: quare addit aut concedi debere hunc nexum, ut fiat syllogismus, aut, si non concedatur, alia hypothesi opus esse, unde colligi possit *τὸ ἐξ ἀρχῆς*, v. c. si quis dicat corpus moveri posse per se solum, etiam si voluntas non pendeat ex corpore, nova hypothesi opus erit, qua probetur corpus non moveri per se solum, e. g. hac: „si mens movetur per se, corpus non per se”. Recte Zell „Bei allen diesen ist der Schluss auf das gerichtet was als Grund des bedingten Satzes (*τὸ μεταλαμβάνομενον*) angenommen worden ist”, quamquam hoc non est vertere, sed simile quidquam aliis verbis exprimere; ostendit autem nota adiecta non recte Zellium intellexisse sensum huius verbi: dicit enim *τὸ μεταλαμβάνομενον* eam propositionem significare quae cum conditione proferatur, quam Alexander expresse dicit vocari *τὸ προσλαμβάνομενον*, non *τὸ μεταλαμβάνομενον*. Obscurius Biese I. p. 155 „Der Schluss wird hier angewandt nur auf das, was an die Stelle des zu beweisenden Satzes angenommen ist; ist dieses zugegeben, so wird, wenn es sich wirklich so verhält, daraus jener Satz gefolgert; oder wird jenes nicht zugestanden, so geht man von einer andern Annahme aus”. Nos locum in sermonem patrium vertimus ita: „In allen hypothetischen Schlüssen nämlich geht der Schluss nur auf das verändert Angenommene (auf die Bedingung, die nicht mehr bedingt, son-

dern kategorisch ausgesprochen wird), die anfängliche Behauptung aber wird durchgeführt vermittelt eines Zugeständnisses oder einer andern (neuen) Annahme". — Confirmatur hoc loco quod diximus ad 40 b 25, latius patere hypotheticum syllogismum apud Aristotelem quam apud nos, siquidem hypotheticum dicit eum, in quo aliquid ponitur, quod, dummodo concedatur, quo iure ponatur non quaeritur: quare 45 b 23 ἐξ ὑποθέσεως dicitur colligi, si quod de singulis partibus demonstratum est de toto demonstratum esse sumitur, cf. Philop. in schol. 179 a 33. Quae quum ita sint, non possum non mirari, quod Aristoteles reprehendi soleat, quod nihil tradiderit de syllogismis hypotheticis, praesertim quum cap. 44. (quo confirmatur explicatio huius loci quam modo exposuimus) appareat quaestionem de his syllogismis eum alienam iudicasse ab Analyticis: etenim quæ non conficiuntur nisi δι' ὁμολογίας, ea certe scientiae nihil fere utilitatis afferre poterunt, quamvis haud negligenda sint in arte dialectica. Consilio igitur praetermisit in Analyticis quodcunque iustam et perfectam demonstrationem non admittit, sed ex concessione pendet et ex arbitrio alterius: quare quæ probantur ἐξ ὑποθέσεως, ea non dicuntur ἀποδεικνυσθαι, sed περαινέσθαι, v. 50 b 29: optime igitur Alexander schol. 185 a 7 συλλογισμούς μὲν ἀπλῶς οὐ λέγει τοὺς ὑποθετικούς εἶναι, περαινεῖν μέντοι καὶ αὐτοὺς λέγει.


Cap. 24. Omnis syllogismus habere debet et universalem alteram propositionem et affirmantem. 23 Conclusio universalis non fit nisi ex utraque universali, quamquam ex utraque universali aliquando non fit nisi particularis. 27 Altera propositio similis utique est conclusioni. 32 Paucis complectitur quae adhuc exposuit.

41 b 6 Quum demonstraverit omnes a se syllogismos expositos esse qui fieri possint, non opus erat, ut nova demonstratione probaret omnis syllogismi alteram propositionem universalem esse: apparet enim hoc ita esse consideratis singulis syllogismis quos exposuit omnibus. Unde factum est, ut non de integro demonstraverit alteram propositionem utique esse affirmantem et quaecunque alia colligere licet de rationibus quae inter singulos terminos et propositiones syllogismorum obti-

neant: quae, quum disputaverit de omnibus syllogismis qui fieri possint, breviter tantum recenset vs. 22—35.

41 b 9 Quum interpretes hunc locum difficultatibus obstruxerint quibus non laborat, breviter eum explanemus. Qui colligere vult voluptatem musicam honestam esse propositionem maiorem, si non universalem sumit, aut hanc facit: „Voluptas honesta est” (cui quidem propositioni, quia indefinita est, si adicitur minor: „Voluptas musica est voluptas”, nihil ex utraque consequitur: nam indefinita idem valet quod particularis), aut hanc: „Quaedam voluptas honesta est”, quam si ita sumit, ut „quandam voluptatem”, de qua loquatur, dicat aliam quam voluptatem musicam, de musica certe nihil colliget; sin autem ita, ut musicam ipsam prae ceteris intelligat, petitionem principii, quae dicitur, admittit. — Iul. Pacius (p. 155 a) petitionem principii rectius dici petitionem quaesiti monet: nos vero servavimus vocem „principii”, ut quae melius respondeat ei quod Aristoteles vocat τὸ ἐξ ἀρχῆς. Accedit quod artis vocabula retinenda putavimus, quum in re difficili etiam iusta mutatio obscuritatem pariat.

41 b 15 Confusae huius loci interpretum graecorum explicationes in scholia a Brandisio coll. non transcriptae sunt. Non meliores autem esse eas quas dederunt recentiores Zellii exemplum ostendit, qui quid sibi voluerit divinandum relinquo iis qui rerum mathematicarum peritiores sunt. Dicit enim inter alia „Wenn nun diese beiden zuletzt genannten Winkel von den ebenfalls gleichen Linien HCD und IDC abzieht, so bleiben als gleiche Reste übrig die Winkel...” Anguli demuntur a lineis, restant anguli! Buhle in animadv. figura adscripta contentus est scientiae, ut solet, speciem prae se ferens, quamquam et figura ipsa et locus, quo collocata est, ignorantiam eius produnt. Caput rei Iul. Pacius perspexit, quem etiam Ios. Blancanus secutus videtur, nisi quod litteras figurae adscriptas mutandas esse censuit: neque tamen explicatio quam dedit omni difficultate libera est: loquitur enim de angulis mixtis e linea recta et curva, qui, quamquam a geometria Graecorum non omnino alieni sunt, tamen huic loco non videntur convenire. Mihi certe res longe simpliciorum interpretationem admittere videtur. Res enim sic se habet. Demonstratur angulos ad basin trianguli aequilateri adjacentes aequales esse.



Sit punctum, in quo latera trianguli aequilateri conveniunt, centrum circuli, cuius radius sit aequalis lateri trianguli. Iam si latera trianguli per centrum ad circumferentiam producantur et lineae ducuntur a punctis A et B ad ea puncta, in quibus illae lineae productae cum circumferentia conveniunt, erunt anguli $A + \Gamma = B + \Delta$: nam angulus quem efficiunt $A + \Gamma$ item atque angulus quem efficiunt $B + \Delta$ semicirculo nititur, deinde erit angulus $\Gamma = \Delta$, quia uterque nititur eadem portione circumferentiae. Ergo si aequalia demuntur ab aequalibus, erit angulus $A = B$, quod erat demonstrandum. Sic omnia optime habent exceptis iis quae uncinis inclusimus, τὰς EZ; patet enim angulos reliquos eos ipsos esse, quos litteris A et B notavimus: nam ista ab interprete quodam praepostere addita esse et res ipsa docet et lectionis varietas quam praebent codd. n et d , quorum ille a vulgari lectione recedit, hic prius habuit τὰς EZ, quod natum videtur ex iis quae proxime sequuntur, τὸ EZ, unde corruptionem ortam esse veri simile est. Neque tamen cum nostra explicatione pugnat, si quis servet quae vulgo leguntur τὰς EZ, sed dicendum erit his litteris denotari eos angulos qui restent, si ab angulis $A + \Gamma$ et $B + \Delta$ demantur Γ et Δ ; nihil enim impedit quin aliis litteris notati sint ab Aristotele, quamquam re vera iidem sunt qui A et B , praesertim quum ab initio non angulis, sed lateribus trianguli aequilateri litteras A et B apposuerit. Cum iis quae diximus convenire videntur quae habet Philoponus: dicit enim (fol. 62a ed. Ven. 1536) Γ et Δ esse τὰς τοῦ τμήματος γωνίας, $A\Gamma$ et $B\Delta$ τὰς τοῦ ἡμικυκλίου, E et Z τὰς τοῦ ἰσοπλεύρου, quamquam figura (ut in cod. d) non eadem est.

Iam singula exponamus, quo patefiat (quod Aristoteles hoc exemplo ostendere vult) non fieri demonstrationem, nisi si quid sumatur universale. Si quis sumeret (dicit vs. 16) angulum $A + \Gamma = B + \Delta$ non universe admittens angulos omnes aequales esse quos complectatur semicirculus, deinde si poneret $\Gamma = \Delta$ non universe assumens omnes angulos esse aequales qui eadem portione circumferentiae nitantur, denique si ab illis aequalibus angulis (in hac figura sola) aequales restare sumeret demtis aequalibus, neque tamen universe concederet aequalia restare aequalibus demtis ab aequalibus, prin-

cipii petitionem faceret. Quod quo magis eluceat quae modo verbis enuntiavimus signis exprimamus. Si quis ponat $A + \Gamma = B + \Delta$, $\Gamma = \Delta$ et $A + \Gamma - \Gamma = B + \Delta - \Delta$, sumit quod quaeritur. Etenim ultima conditio, quam prioribus duabus adiunximus, nihil aliud postulat quam quod demonstrandum est. Si vero sumtis prioribus istis conditionibus adiungatur una sola propositio universalis „Aequalia restare aequalibus demtis ab aequalibus”, iam non petitur quod demonstrandum est, sed probatur: quod ut indicet Aristoteles verba *ἐὰν μὴ λάβῃ* . . . vs. 21 collocavit post verba *τὸ ἐξ ἀρχῆς αἰτήσεται* et hanc ultimam conditionem, qua sola opus est, ut recte aliquid colligatur, expressit particula *ἐὰν*, non participio ut vs. 17 (*ἀξιώσας*) et 18 (*προσλαβών*).

41 b 24 *καὶ οὕτως ἀκείνωσας*, sive utraque propositio universalis est, ut in tertia figura, sive altera sola.

41 b 31 *τὰς ἄλλας κατηγορίας*, h. e. *τοὺς ἄλλους τρόπους τῆς κατηγορίας*, varios modos et rationes quibus alterum de altero praedicari possit: quos, quum nihil proprii habeant, silentio praeterit.

41 b 33 *δυνατὸς* hoc loco idem est quod *ἀτελής*: opponitur enim *τῷ τελείῳ*. Namque syllogismus *δυνατὸς* dicitur cuius conclusio ex propositionibus non recta via provenit et quasi sponte sua, ut in prima figura, sed ita occulta est, ut artificio quodam elici velit.

Cap. 25. Quodcunque demonstratur per tres terminos demonstratur (non per plures), 42 a 32 qui binis utique propositionibus continentur. b 5 De numero terminorum, propositio- num et conclusionum in syllogismis compositis.

41 b 36 Omnis demonstratio fit per tres terminos, quamquam eadem conclusio interdum colligi potest et ex propositionibus AB et ex propositionibus CD: siquidem non quaeritur, num quod demonstraretur etiam aliis terminis sumtis possit demonstrari, sed num, si quid demonstraretur, ex tribus terminis utique colligi debeat: nam erunt plures syllogismi, non unus, si pluribus modis idem demonstraretur.

41 b 39 Revocavimus lectionem vulgarem, quam et Alexander habuit et Philoponus (cuius scholion a Brandisio non receptum est inter scholia collecta) videtur habuisse. Codicem B prius omisisse verba *καὶ ΑΓ* haud magni momenti est, quia sequi-

tur καὶ $B\Gamma$, unde facile poterat accidere, ut ista praetermitterentur propter similitudinem. Quod cod. A prius habuerit nescimus. Sed quod recepimus et versione Boethiana commendatur et re ipsa: namque quod Aristoteles dicit est hoc. Conclusio E probari potest et propositionibus plane diversis (AB et CD) et propositionibus ita se habentibus, ut altera communis sit: quod patet non solum ita fieri, ut propositio B sit eadem, sicut in demonstrationibus quae fiunt per coniugationes AB et BC , sed etiam ita, ut maneat propositio A , quod evenit, si conclusio E demonstratur per coniugationem propositionum AC . Verba igitur καὶ $A\Gamma$ servanda sunt, neque tamen cum Alexandro de secunda figura explicanda videntur neque AB accipienda erunt de prima neque BC de tertia: nam qua figura syllogismus fiat nihil refert.

42a1 Sin autem conclusio C fit ex propositionibus AB , quae ipsae colliguntur ex aliis, ne sic quidem unus syllogismus pluribus terminis constitui dicendus erit quam tribus; sunt enim plures syllogismi, non unus, qui fiunt. De ἐπαγωγῇ (inductione vs. 3) v. 68 b 15.

42a6 εἰ δ' οὐκ . . . Zell „Wenn hier aber auch nicht mehrere Schlüsse, sondern nur ein Schluss ist, so kann doch der eine Schlusssatz vermittelt mehrerer Begriffe gebildet seyn": imo hoc ipsum est quod Aristoteles expresse negat. De sorite tamen cum Pacio hoc recte explicat Zellius, qui, si Aristotelem ita vertere voluit, ut simul explicaret, dicere debebat: „Wenn man das nun doch nicht mehrere Schlüsse nennen will, sondern einen, so gebe ich zu, dafs ein und derselbe Schlusssatz aus mehr als zwei Vordersätzen gefolgert werden könne". Si quis dicat unum syllogismum pluribus propositionibus effici quam duabus, aut e diversis propositionibus eadem conclusio fiet aut cogetur per prosyllogismos, hoc vero fieri nequit, ut eadem conclusio quae e duabus propositionibus proveniat, eadem ratione etiam prodeat ex pluribus (namque verbis ὡς δὲ τὸ Γ διὰ τῶν AB vs. 7 Aristoteles circumscribere coactus erat, quod nos uno verbo exprimere possumus „unmittelbar", quamquam aliis locis aliter hoc expressit, v. quae dicemus ad 44 b 6). Quod ut probet, Aristoteles hanc viam insistit. Postulat ipsa syllogismi natura, ut terminorum sit ea ratio quam habent pars et totum: quare si fit conclusio E ex propositionibus $ABCD$, obtinere debet in iis terminorum ratio quam diximus. Fiet igitur

syllogismus et ex propositionibus AB et ex propositionibus CD: quare erit conclusio quae fit ex AB aut E aut C aut D aut alia quaelibet propositio ab his diversa: item quod concluditur ex CD erit aut E aut A aut B aut alia propositio ab his diversa, aut nihil omnino inde concludatur necesse est. Primum igitur ponamus conclusionem quae fiat ex AB esse E (nam hanc conditionem in mente habere debemus vs. 18), conclusionem quae conficiatur ex CD aut esse E aut A aut B. Erunt igitur plures syllogismi aut unus non nisi eo sensu, quo unum ex pluribus fieri posse ostendimus: namque fit aut prosyllogismus ex CD aut fit eadem conclusio (E) e diversis propositionibus coniunctis — quare non recte Zell *ὡς ἐνεδέχεται* „was ja gleichfalls statthaben kann“: nam haec verba non dicta sunt ut in parenthesi, sed coniungenda cum sequente *ταύτῳ*: est enim *ταύτῳ ὡς ἐνεδέχεται* (cf. vs. 6 *ὄπω μὲν ἐνδέχεται . . . τὸ αὐτὸ συμπ.*) syllogismus eo sensu unus, quo unum esse posse syllogismum ex pluribus quam tribus terminis supra exposuit: namque opponuntur *ταύτῳ* et *πλείους* quod praecessit. Deinde si (vs. 20) ex AB fit conclusio E, ex CD vero neque E neque A neque B, sed quaecunque alia, apparet syllogismum non esse unum. Denique si (vs. 22) ex CD nihil colligitur, ex AB autem conclusio E, ad ipsum syllogismum nihil certe faciunt propositiones CD. Secundo si (vs. 24) ex AB non concluditur E, sed aliud quid, ex CD vero aut A aut B (*τούτων θάτερον* vs. 26) aut alia propositio quaecunque, non unus syllogismus erit, sed plures, neque conclusum id quod demonstrandum erat. Sin autem (vs. 28) ex AB non concluditur E, sed aliud quid, ex CD vero nihil omnino colligitur, neque necessariae sunt propositiones CD ad conclusionem quam facimus neque concluditur quod propositum est. Satis plana videtur demonstratio quam exposuimus, neque quidquam obscuri habet, modo teneatur hoc, ut vs. 14 — 24 ponatur ex AB fieri conclusionem E, vs. 24 — 30 vero ponatur ex AB fieri conclusionem ab E diversam. Iam facili negotio removebitur difficultas, qua Alexander (schol. 174 a 40 — 44) et qui eius vestigia premit Philoponus (schol. 174 a 13 — 18, ubi *γράφῃς* scribendum erit pro *γράφεται*, et ib. vs. 46 — b 3) hunc locum impediri putaverunt: scribi enim voluerunt AB pro ΓΔ vs. 28, quia Aristoteles silentio praetermiserit, cur non fiat unus syllogismus ex propositionibus ABCD, si ex AB nihil cogatur,

Analisis p 1

di CD yang telah disebutkan. Hal ini menunjukkan bahwa
 terdapat kesalahan dalam penulisan atau pengolahan data yang
 telah dimasukkan ke dalam sistem. Hal ini dapat disebabkan oleh
 beberapa faktor, antara lain:

- 1. Kesalahan dalam memasukkan data ke dalam sistem.
- 2. Kesalahan dalam pengolahan data yang telah dimasukkan ke dalam sistem.
- 3. Kesalahan dalam konfigurasi sistem yang digunakan.
- 4. Kesalahan dalam konfigurasi perangkat lunak yang digunakan.
- 5. Kesalahan dalam konfigurasi perangkat keras yang digunakan.

Untuk mengatasi masalah ini, perlu dilakukan pemeriksaan menyeluruh terhadap data yang dimasukkan ke dalam sistem, konfigurasi sistem, konfigurasi perangkat lunak, dan konfigurasi perangkat keras yang digunakan.

Setelah dilakukan pemeriksaan menyeluruh, ternyata ditemukan bahwa kesalahan tersebut disebabkan oleh kesalahan dalam konfigurasi perangkat lunak yang digunakan.

Untuk mengatasi masalah ini, perlu dilakukan konfigurasi ulang perangkat lunak yang digunakan. Setelah dilakukan konfigurasi ulang, ternyata masalah tersebut telah teratasi.

Hal ini menunjukkan bahwa konfigurasi perangkat lunak yang digunakan sangat penting dalam memastikan bahwa sistem dapat berjalan dengan baik.

Oleh karena itu, perlu dilakukan konfigurasi ulang perangkat lunak yang digunakan secara berkala untuk memastikan bahwa sistem dapat berjalan dengan baik.

Cap. 26. Exponitur quae problemata sint difficiliora et quae faciliora quum ad demonstrandum tum ad refutandum.
 43a16 *Paucis repetit quae adhuc pertractata sint.*

Edocemur hoc capite et sequentibus quomodo ars dialectica cohaereat cum demonstrandi arte, Topica cum Analyticis. Ostendit autem Aristoteles cap. 27 seqq. maiorem vel minorem demonstrandi difficultatem non solum ex numero modorum pendere quibus aliquid probari possit, sed praecipue e numero mediorum terminorum et e difficultatibus quibus obstructa sit eorum inventio.

42b38 *πρώσεων*, de quibus v. quae diximus ad 16b1. Quae sequuntur explicatione non indigebunt, si conferatur tabula syllogismorum simplicium, quam dedimus p. 385.

43a4 *ἀνήρηται*, intell. τὸ καθόλου κατηγορικόν, quod comme moravit vs. 1.

43a7 *τοῦτο*, h. e. τὸ ἐξ ἀρχῆς, τὸ καθόλου στερητικόν: male igitur Zell „beides”, intelligit enim τὸ παντὶ et τὸ τινὶ ὑπάρχειν, quod si sibi voluisset Aristoteles, certe dixisset ταῦτα.

Cap. 27. De inventione et constructione syllogismorum.

43a25 *Alia non praedicantur, alia ita comparata sunt, ut nihil de iis praedicetur, alia denique (de quibus omnis fere est quaestio) ita, ut ipsa de aliis et alia de ipsis praedicentur.*
 b1 *De his igitur quomodo propositiones habere debeant, ut quid colligatur, exponitur.*

43a25 *Res singulares (τὰ καθ' ἕκαστα, τὰ άτομα) non praedicantur de aliis, de summis generibus autem non praedicantur alia: nihil est enim quod summis generibus prius sit (πρότερον vs. 30, de quo v. quae diximus ad 14a26 et ad 66b20 extr.), sed his continentur omnia iisque subiecta sunt. Hoc fundamento nititur categoriarum divisio.*

43a34 *κατὰ συμβεβηκός* dicitur praedicari quod non proprie de aliqua re enuntiatur, quod accidit, si quod orationi subiectum est latius patet quam quod praedicatur, cuius locum occupare deberet: *κατὰ συμβεβηκός* igitur praedicatur id cui, quamquam non ueberet praedicari respectu habito rationis quae inter ipsos terminos obtinet, tamen accidit (*συμβαίνει*) ut praediceatur, licet contra naturam; cf. quae dicit Philoponus schol. 175a27 sqq. Sic 418a20 *κατὰ συμβεβηκός* dicitur aliqua res sentiri, si non ipsa sensum afficit, sed in causa est, ut sca-

sus certo modo afficiatur, v. c. tabulam non video, sed quum non nisi colorem videam quem habet, tabulam ipsam non video nisi *κατὰ συμβεβηκός*: *κατὰ συμβεβηκός* igitur dicitur quod non nisi cum abusu quodam vocabuli dicitur. 102 b 4 *συμβεβηκός δέ ἐστιν, ὃ μηδὲν μὲν τούτων ἐστὶ, μήτε ὄρος μήτε ἴδιον μήτε γένος, ὑπάρχει δὲ τῷ πράγματι, καὶ ὃ ἐνδέχεται ὑπάρχειν ὀρωοῦν ἐνὶ καὶ τῷ αὐτῷ καὶ μὴ ὑπάρχειν...* ἔστι δὲ τῶν τοῦ *συμβεβηκός* ὀρισμῶν ὁ δεῦτερος βελτίων.

43 a 36 ἐπὶ τὸ ἄνω ὀρρονitur τῷ ἐπὶ τὸ κάτω ut 65 b 23: namque res singulares infimo loco positae sunt, genera, de quibus nihil praedicatur, summo. 82 a 23 λέγω δ' ἄνω τὴν ἐπὶ τὸ καθόλου μᾶλλον, κάτω δὲ τὴν ἐπὶ τὸ κατὰ μέρος: quare dicit 1005 a 34 ἔστιν ἔτι τοῦ φυσικοῦ τις ἀνωτέρω. 999 a 12 ἐν δὲ τοῖς ἀτόμοις οὐκ ἔστι τὸ μὲν πρότερον τὸ δ' ὕστερον: nam res singulares eiusdem ordinis sunt omnes. 1095 a 31 μὴ λανθανέτω δ' ἡμᾶς ὅτι διαφέρουσιν οἱ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν λόγοι καὶ οἱ ἐπὶ τὰς ἀρχάς. Praedicandi esse fines, ultra quos progredi non liceat, demonstrabit Anal. post. I. cap. 22, nunc sumit. Alium sensum habent τὸ ἄνω et τὸ κάτω in rebus physicis: 994 a 19 ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐπὶ τὸ κάτω οἶόν τ' εἰς ἄπειρον ἵεναι τοῦ ἄνω ἔχοντος ἀρχήν. Nam ut in logicis ultimum et infimum est id de quo quam plurima praedicantur, quod ita omnibus numeris determinatum est, ita plenum et quasi refertum, ut nihil amplius admittat et in se recipiat quod nondum definitum sit certa qualitate, sic in physicis infimum locum tenent ea, quae secundum naturae ordinem sunt novissima, s. quae ex elementis composita gignuntur ultima, elementa autem, utpote simplicia et priora non tempore solum, sed natura sua et ordine rerum, appellantur τὰ ἄνω: quare dicit 338 a 7 οὐκ εἰς εὐθὺν οἶόν τε (τὴν γένεσιν ἄπειρον εἶναι intell.) διὰ τὸ μηδαμῶς εἶναι ἀρχήν, μήτ' ἂν κάτω, ὡς ἐπὶ τῶν ἔσομένων, λαμβάνομεν (λαμβάνομεν Bkk. e codd.), μήτ' ἄνω (μήτ' ἂν ἄνω ὀρινor), ὡς ἐπὶ τῶν γενομένων (γινομένων Bkk., γεινομένων cod. E). — Ei quod in infinitum producitur ὀρρονitur τὸ ἴστασθαι. 72 b 11 εἴ τε ἴσταται καὶ εἰσὶν ἀρχαί. 332 b 12 δεῖ μὲν γὰρ στῆναι καὶ μὴ εἰς ἄπειρον τοῦτο ἵεναι ἐπ' εὐθείας ἐφ' ἐκάτερα. 1000 b 28 καὶ εἰ ἴσταται καὶ εἰ βαδίζει εἰς ἄπειρον.

43 a 39 πλὴν εἰ μὴ κατὰ δόξαν, nisi in speciem. 323 b 27 πλὴν εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκός. πλὴν εἰ μὴ pleonasmus est, qui ta-

men ferri potest, quum πλὴν saepius non excipiendi vim habeat, sed definiendi et limitandi, quo sensu habuimus 42b39, cf. 119b22 ἔσται γὰρ καὶ ἀναιρεῖν καὶ κατασκευάζειν, πλὴν ἐκ μὲν τοῦ ὁμοίως ἀμφοτέρω, ἐκ δὲ τοῦ ἦττον κατασκευάζειν μόνον. Similis pleonasmus est 1034b19 ἀλλ' ἢ δυνάμει μόνον. — De δόξῃ v. Biese I. p. 163 not. 4. Aristotel. 1112a8 δοξάζομεν ἃ οὐ πάνυ ἴσμεν: quare quamquam non datur scientia τῶν ἀορίστων διὰ τὸ ἀτακτον εἶναι τὸ μέσον (v. 32b19), tamen eorundem datur δόξα, cf. Ritter Gesch. d. Phil. III. p. 54. 254a29 ἡ γὰρ φαντασία καὶ ἡ δόξα κινήσεις τινὲς εἶναι δοκοῦσιν. 427b17—24 δόξαν a φαντασίᾳ ita distinguit, ut illa non e nostro arbitrio pendeat, quippe quae necessario aut vera sit aut falsa, deinde etiam eo, quod per illam aliquid patiamur e. c. timentes, haec vero imaginibus suis animum non perturbet, cf. 428a19 sqq., ib. 22 πάσῃ μὲν δόξῃ ἀκολουθεῖ πίστις, πίστις δὲ τὸ πεπεισθαι, πειθοῖ δὲ λόγος. Ib. 27 δῆλον ὅτι οὐκ ἄλλου τινός ἐστιν ἡ δόξα, ἀλλ' ἐκείνου ἐστιν οὗ καὶ αἰσθησις. b1 τὸ οὖν φαίνεσθαι ἐστὶ τὸ δοξάζειν ὅπερ αἰσθάνεται μὴ κατὰ συμβεβηκός. Quam arcto vinculo coniunctae sint δόξα et αἰσθησις, quae opponuntur ipsi veritati, ostendit 43b8 sq. et 318b27 συμβαίνει δὴ κατὰ δόξαν καὶ κατ' ἀλήθειαν ἄλλως τὸ γίνεσθαι τε ἀπλῶς καὶ τὸ φθείρεσθαι· πνεῦμα γὰρ καὶ ἀῆρ κατὰ μὲν τὴν αἰσθησιν ἦττόν ἐστιν . . . κατὰ δ' ἀλήθειαν μᾶλλον τόδε τι. Apparet αἰσθησιν positam esse pro δόξῃ, utpote quae ex illa nascatur (opponuntur enim δόξα et ἀλήθεια ut διαλεκτικῇ et ἀποδεικτικῇ, v. 46a10.): 458b12 οὐ γὰρ μόνον τὸ προσιόν φαμεν ἀνθρώπου ἢ ἵππου εἶναι, ἀλλὰ καὶ λευκὸν ἢ καλόν· ὡν ἡ δόξα ἀνευ αἰσθησεως οὐδὲν ἂν φήσειεν οὐτ' ἀληθῶς οὐτε ψευδῶς. 459a6 ὅτῃ μὲν ἡ δόξα λέγει ὅτι ψεῦδος τὸ δοκῶμενον, ὅπερ ἐργηγορόβιν, ὅτῃ δὲ κατέχεται καὶ ἀκολουθεῖ τῷ φαντάσματι. 413b27 τὰ δὲ λοιπὰ μόρια τῆς ψυχῆς φανερόν ἐκ τούτων ὅτι οὐκ ἐστὶ χωριστά, καθάπερ τινὲς φασίν· τῷ δὲ λόγῳ ὅτι ἕτερα, φανερόν· αἰσθητικῶ γὰρ εἶναι καὶ δοξαστικῶ ἕτερον, εἴπερ καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι τοῦ δοξάζειν. Quam rationem habeat δόξα ad ὑπόληψιν v. 89a2, quem locum adscribemus ad 66b19.

43b5 οἷς δ' αὐτὸ . . . Ea de quibus aliquid non praedicatur non debent sumi, quia eadem sunt atque ea quae de ipso non praedicantur: illis igitur propter conversionem non opus erit.

43b7 Invitis codicibus mellioris notae omnibus servavimus ὡς

ante Ἰδια cum Boethio, quod vix videtur deesse posse, nisi quis scribat ἰδιᾶ.

43 b 11 Deinde non ea investiganda sunt quae non nisi de parte alicuius rei praedicantur, de qua aliquid probandum est, sed quae praedicantur de re universa.

43 b 14 Propositio indefinita ubi sumitur, accipi debet pro particulari, quamquam fieri potest, ut etiam de toto verum sit quod de parte acceptum est, cf. 26 b 14: quare nihil indefinite proferendum est, sed definiendum utrum de toto accipiatur an de parte.

43 b 17 Non universum sumi debere quod praedicetur docuit 17 b 12—16, de quo loco v. quae disputavit Ammonius.

43 b 22 ὅταν δ' ὑπὸ . . . 32 ἐκλογῆς. Locus est impeditior. Tradit Aristoteles quae non sumenda sint, ut fiat syllogismus. Si tres termini ita habent, ut A complectatur terminum B et B terminum C, ut sumantur ea quae cum termino C (τῷ ὑποκειμένῳ) necessario connexa sint (τὰ ἐπόμενα) — sive affirmantur sive negentur —, non sumi debet A, h. e. non sumi debent ea quae necessario vel coniuncta sunt vel non coniuncta cum termino B (τῷ καθόλου): continentur enim haec in illis, nam in termino B inest terminus A, quippe qui de eo praedicatur; imo sumenda sunt ea quae propria sunt termino B (τῷ εἶδει): omnis enim species, quae alicui generi subiecta est, habere debet aliquid proprii (differentiam specificam quam dicunt), quo et a genere differat et a reliquis quae eidem generi subdita sint. — Monendum est, quod non ab omni parte verum est quod dixit vs. 26 καὶ ὅσα μὴ ὑπάρχει, ὡσαύτως: nam τὸ γελαστικόν, quamquam non praedicatur de animali, de homine praedicatur; siquidem accuratius dixisset οὐκ ἐνδέχεται ὑπάρχειν pro μὴ ὑπάρχει. — Minus clara sunt quae sequuntur vs. 29, quare Zell recte vertit servata obscuritate „Ebenso muß man für das Allgemeine nicht das nehmen . . .” Iul. Pacius ita: „Neque vero quasi universalis antecedentia eligenda sunt ea, quibus consequens est quod sub eo continetur”. Ad quae Buhle: „Qui haec intelligat is mihi erit Apollo!” Vereor ut deus operae pretium facturus sit, si descendat: nam Pacius ipse in commentario et suscepit Apollinis partes et peregit. Difficultas posita est in casu dativo τῷ καθόλου, qui significat „respectu habito τοῦ καθόλου”, quod hoc loco idem est ac si dixisset εἰ δεῖ λαβεῖν οἷς ἐπιταί

τὸ καθόλου. Hunc esse verum istorum verborum sensum ita docent quae sequuntur, ut dubitare de eo non liceat, quamquam non nego ipsis verbis τῷ καθόλου haud clare expressa esse quae sub iis latere diximus, ut vix sit qui hunc sensum ex iis elicere possit, si omissa essent quae sequuntur. Insolentius certe haec dicta sunt neque tamen abhorrent a stilo Aristotelis. Simili modo positum habemus nominativum ut in oratione ἀσυνθέτω 709 b 32 τοῖς δ', ὥσπερ οἱ ὄφεις, ἐν ταῖς καμπαῖς τοῦ σώματος ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τῆς κάμψεως, et genitivum cum praepositione 459 a 29 καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν φερομένων τοῦ κινήσαντος οὐκέτι διγγάνοντος κινεῖται, et genitivum simplicem 3 a 9 τῶν δὲ δευτέρων οὐσιῶν φανερόν μὲν καὶ οὕτως ὅτι οὐκ εἰσὶν ἐν ὑποκειμένῳ. Quum nostro loco scriberet τῷ καθόλου, in mente habuit οἷς ἔπεται, quae, quamquam bis ponenda erant, semel omisit. Quod scribere voluit videtur hoc fuisse: οὐδὲ δὴ τῷ καθόλου οὕτως ἐκλεπτεῖν τὰ οἷς ἔπεται ὥστε ἐκλέγειν οἷς ἔπεται τὸ περιεχόμενον. Nemo certe haereret, si haec haberemus. Sensus in promptu est. Ut sumamus ea quibuscum necessario coniunctus sit A (τὸ καθόλου, e. g. ζῷον) s. ut sumamus „antecedentia” termini A, non sumendus erit C (e. g. ὁ τις ἄνθρωπος), h. e. non sumenda erunt ea quibuscum necessario coniunctus sit terminus B: hunc enim vocat τὸ περιεχόμενον (e. g. ἄνθρωπος), intell. ὑπὸ τοῦ καθόλου, τοῦ A. Etenim (pergit Aristoteles) necesse quidem est, ut animalia sint quaecunque contineantur termino B (homine), sed haec (quae sub hominem cadunt, h. e. singuli homines) rectius sumerentur, si non investiganda essent quibuscum animal necessario coniunctum sit (antecedentia animalis), sed quibuscum homo: nam propiora (ολικαιότερα) sunt homini quam animali.

43 b 36 τὰ πᾶσιν ἐπόμενα. Quae praedicantur de utroque termino (maiolem et minorem intell.) non investiganda sunt, quum in secunda figura, cuius speciem habere deberent propositiones, ex affirmantibus nihil cogatur.

Cap. 28. Exponitur quae esse debeat terminorum ratio, ut demonstretur propositio affirmans vel universalis vel particularis: 44 a 2 quae esse debeat, ut demonstretur propositio negans vel universalis vel particularis. 12 Eadem expositio comprobatur per terminos. 38 Etiam eorum ratio habenda est

quae maxime universalia sunt. b6 Ostendit ad unam trium figurarum reduci quodcunque probetur terminis sic se habentibus ut exposuit, 25 si aliter habeant, nihil omnino colligi. 38 Non investigandum est qua in re termini discrepent et contrarii sint, sed in qua convenient.

43 b 39 De medio termino datae conclusioni inventiundo ita disserit, ut (secundum id quod dixit vs. 11 sqq.) propositionum universalium coniugationes solas consideret, quae primos duo syllogismos cuiusque figurae faciant. Iam igitur ut concludatur alterum de altero universo praedicari, patet ex primo syllogismo primae figurae medium terminum ita se habere debere, ut praedicetur de subiecto conclusionis, de ipso autem praedicetur id quod in conclusione praedicetur: quare alterum de altero universo praedicari colligetur, si invenerimus terminum unum et eundem, de quo praedicetur quod in conclusione praedicari debeat (*τὸ κατασκευαζόμενον*) et qui ipse praedicetur de eo quod in conclusione subiectum sit (*οὐ δὲ κατηγορεῖσθαι*). — Item alterum de alterius aliqua parte praedicari concluditur per primum syllogismum tertiae figurae: quam quidem conclusionem habebimus invento aliquo termino, de quo praedicatur (*οὗς ἔπεται*) et quod in conclusione subiectum sit et quod in ea praedicetur.

44 a 2 Ut alterum de altero universo non praedicari colligatur, et secundo modo primae figurae et duobus primis secundae uti possumus; sed quia convertitur propositio universalis negans, primo modo secundae idem probatur quod secundo primae figurae et eadem ratione: conditiones igitur erunt eadem, ex quibus pendet uterque, unde factum est, ut alterius ab Aristotele hoc loco (vs. 8) non facta sit mentio, quamquam etiam hunc commemorat b 13. Quod conclusioni subiectum est significatur verbis *ὃ οὐ δὲ ὑπάρχειν*, quod praedicatur in conclusione verbis *δ δὲ μὴ ὑπάρχειν*: quae si tenemus, facillia sunt omnia. — De lectione notamus, quod codicum auctoritatem Alexandro postposuimus: nam quae codices praebent vs. 3 explicationis gratia addita videntur. Idem quod codd. graeci etiam vet. intp. cod. Gothan. exhibet, qui vs. 4 *ἢ ἀνάκαλιν ... 5 παρῆναι* omisit.

44 a 9 Denique ut colligatur alterum non praedicari de parte alterius, quod fit per secundum syllogismum tertiae figurae, investigari debent et ea quorum consequens sit subiectum

quam maxime universalis: namque littera *K* in *KZ* et *KΓ* nihil aliud significat quam καθόλου: unde patet non probandam esse explicandi rationem quam Iul. Pacius ingressus, Zilius autem, ut solet, secutus est: putat enim litteris *KZ* et *KΓ* binas species eiusdem generis notari. Neque quod disputavit Biese l. p. 168 ab omni parte bene habet. Quum igitur vs. 17 exposuerit, qui fiat syllogismus, si sit $\Gamma = Z$, nostro loco hoc adiicit. Etiam si Γ et Z non sint eadem, tamen fieri potest, ut eodem genere contineantur ($KZ = K\Gamma$), quod si investigavimus, inventus erit, quem quaerimus, terminus medius: nam si de hoc genere (*KZ*), quod praedicatur de termino *E*, praedicatur *A*, etiam de *E* praedicetur *A* necesse est; sin autem (b2) *A* non praedicatur de *KZ*, fieri quidem potest, ut praedicetur de eius specie *Z* et *Z* de *E* (unde etiam *A* de *E*), sed hoc ita esse minime necessarium est. Est igitur hoc quod dicit. Ut inveniatur medius terminus, investiganda sunt quae maxime universalis sunt: nam quorum diversae sunt species, ea in universalibus (genere) aliquando conveniunt.

44b3 ὁμοίως δὲ . . . Item indaganda sunt ea de quibus maxime universalibus praedicatur terminus *A*, h. e. *KΓ*: nam si $K\Gamma = KZ$, praedicabitur *A* de genere *KZ* et de specie *Z* et de termino *E* qui ea continetur; sin autem *A* non praedicatur de genere *KZ*, tamen fieri aliquando potest, ut praedicetur de specie *Z*. Exemplum de quo loquitur vs. 3—5 ab eo quod habuimus 1—3 non differt nisi eo, quod vs. 1 sumsit genus speciei *Z*, vs. 3 vero genus speciei Γ : genus ipsum autem idem est.

44b6 διὰ τῶν τριῶν ὄρων καὶ τῶν δύο προτάσεων, quibus verbis syllogismum simplicem significat, quem 1357a 17 et 1014b2 vocat τὸν πρῶτον συλλογισμόν; cf. 49b28. Sic 86b7 διὰ τῶν ὄρων τριῶν καὶ προτάσεων δύο.

44b21 πᾶσιν, h. e. ὁποτέρωθεν, et maiori termino et minori. — Vs. 22 κατασκευάζειν μὲν γὰρ . . . namque si sumuntur quae sunt consequentia et maioris termini et minoris, syllogismus fieri deberet in secunda figura, in qua conclusio affirmans esse nequit. — Vs. 23 ἀποστερεῖν δ' οὐκ . . . nam ut conclusio negans exeat, etiam altera propositio negare debet.

44b25 Sequitur ut demonstret non fieri syllogismum, si medius terminus ad maiorem et minorem quamcunque aliam rationem habeat quam eas quas exposuit a 17—35; restat enim, ut vel

B et *Z* ponantur eadem esse vel Γ et Θ vel Δ et Θ . Quo magis perspiciatur nihil ab Aristotele praetermissum esse in hac re, totam rem paucis complectamur. Si aliquid (*A*) de aliqua re (*E*) concludendum est ex propositionibus universalibus, binis propositionibus opus est quae per terminum aliquem medium coniunctae esse debent. Propositio universalis autem quae terminum *A* habet aut ita comparata est, ut de omni *A* praedicetur alter terminus (*AB*), aut ita, ut *A* de altero termino praedicetur universo (*AΓ*), aut alter terminus de nullo *A* (*AΔ*), aut *A* de altero termino universo non praedicetur (*AΔ*): nam quia propositio universalis negans convertitur, propositio *AΔ* et tertiae et quartae conditioni quas proposuimus satisfacit. Item quaecunque propositio universalis habet terminum *E* aut erit *EZ* aut *EH* aut *EΘ*: quare omnes modos quibus binae propositiones universales coniungi possunt, quarum altera habet terminum *A*, altera terminum *E*, hac tabula complecti licebit:

$$AB \begin{cases} EZ - \\ EH \text{ I } \alpha' \text{ (syll. conversus).} \\ E\Theta \text{ II } \beta'. \end{cases} \quad A\Gamma \begin{cases} EZ \text{ I } \alpha'. \\ EH \text{ III } \alpha'. \\ E\Theta - \end{cases} \quad A\Delta \begin{cases} EZ \text{ I } \beta', \text{ II } \alpha'. \\ EH \text{ III } \beta'. \\ E\Theta - \end{cases}$$

Coniugationes neque plures neque minores esse posse res ipsa docet: nostro loco autem ex prima coniugatione seriei primae (*AB*, *EZ*) et ex ultimis reliquarum (*AΓ*, *EΘ* et *AΔ*, *EΘ*) nihil colligi posse demonstrat. Elementorum, quibus hoc cap. usus est Aristoteles, vim et rationem recte et perspicue expressit Biese I. p. 166 not. 1.

- 44 b 38 Optime fecit Bkk., quod $\delta\tau\iota$ in codicibus omissum in locum suum restituit. Philoponus non habuisse videtur vocem $\delta\tau\iota$, quam et sensus flagitat (nam quod dicit est hoc: $\delta\eta\lambda\omicron\nu\delta\epsilon \kappa\alpha\iota \delta\tau\iota \lambda\eta\pi\tau\acute{\epsilon}\omicron\nu\delta\omicron\pi\omicron\iota\alpha \tau\alpha\upsilon\tau\acute{\alpha} \acute{\epsilon}\sigma\tau\iota\nu$) et Alexander in libris suis habuit, quamquam non ab omni parte verum est quod Philoponus (schol. 177 b 30) de lectionis varietate ex Alexandro enotavit: nam Alexandri verba sunt haec: $\eta \delta\epsilon \lambda\acute{\epsilon}\xi\iota\varsigma \acute{\epsilon}\nu\delta\epsilon\acute{\omega}\varsigma \acute{\epsilon}\chi\epsilon\iota. \lambda\acute{\epsilon}\iota\pi\epsilon\iota\nu \gamma\acute{\alpha}\rho \delta\omicron\kappa\epsilon\iota \tau\tilde{\omega} \kappa\alpha\iota \delta\omicron\pi\omicron\iota\alpha \acute{\epsilon}\tau\epsilon\rho\alpha \eta \acute{\epsilon}\nu\alpha\nu\tau\iota\alpha$ τὸ μὴ εἶναι μέντοι τὴν τούτων ἐκλογὴν χρῆσιμον προηγουμένως πρὸς τὴν εὐρεσίαν τῶν προτάσεων. Coniicit Alexander addendum esse $\omicron\upsilon\chi$ ante $\delta\omicron\pi\omicron\iota\alpha$ vs. 39, neque tamen hoc in libris suis habuit. Nobis quidem lectio Bkki tam certa visa est, ut mutationem non admittat quaecunque. Namque exponit Aristoteles, cur investigari debeant quae eadem sint, non quae

diversa et contraria: cuius rei causa duplex est, una, quod terminus medius est qui quaeritur, altera, quod, etiam si diversa sumuntur et contraria, reducuntur ad eandem demonstrandi rationem quam modo nobis tradidit. Quod ut demonstret, exemplum affert (45 a4). Si iis quae praedicantur (B) de termino A ea quae praedicantur (Z) de termino E ita contraria sunt, ut de eodem pronuntiari nequeant, terminus B idem erit qui Θ . Nam Z praedicatur de E , B igitur non praedicabitur de E : quae autem non possunt edici de termino E , ea appellavimus Θ : quare erit $B = \Theta$.

45a9 Locus multis difficultatibus obstructus ab interpretibus vel magis confusus. E verbis Alexandri (schol. 178a19) patet vs. 12 eum aliquid secus habuisse atque reperitur in nostris libris: quod nihil aliud esse potest quam terminus H , pro quo codd. Bu prius habuerunt E ; quam quidem lectionem restituere non dubitavimus: quamquam enim Alexander eam relicisse videtur, tamen pristinam eam fuisse et inde colligi potest, quod post Alexandrum qui eius auctoritati fidem haberent codices Bu corrigendum iudicaverint H pro E , et ex iis quae legimus apud Alexandrum: *ἀλλ' ἔσται συναγόμενον τὸ Α τινὶ μὴ ὑπάρχον τῷ Ε ἐν δευτέρῳ σχήματι τῷ τὸ Β τῷ μὲν Α παντὶ ὑπάρχειν, τῷ δὲ Ε τινὶ μὴ . . . ἐπεὶ δὲ ἀληθὲς ἔστι τὸ ἐπὶ μέρους ἀποφατικὸν καὶ διὰ τὸ καθόλου ἀποφατικὸν . . . κειμένου δὴ τοῦ Β τῷ μὲν Α παντὶ τῷ δὲ Ε τινὶ μὴ, γίνεται συζυγία ἐν δευτέρῳ σχήματι ἢ διὰ τῆς εἰς ἀδύνατον ἀπαγωγῆς δεικνύουσα τὸ Α τῷ Ε μὴ ὑπάρχον. αὐτὸς δὲ ἀντὶ τοῦ τινὶ μὴ τὸ μηδενὶ ἔλαβε διὰ τὰ εἰρημένα.* Aliam explicationem Alexandri v. in schol. 178a9, ubi pro *τινὶ οὐχ* sine dubio legendum erit *οὐδενὶ*, quod apparet ex iis quae proxime praecedunt verba a Brandisio exscripta (fol. 129, b lunt. 1521): *εἰ εἴη κείμενον ᾧ τῷ (leg. τὸ) Η τινὶ ὑπάρχει, τούτῳ μηδενὶ τὸ Β, ἔσται τὸ μὲν Β τῷ Θ ταῦτόν καὶ καθόλου ἀποφατικὴ ἢ ΒΕ πρότασις καὶ τὸ συμπέρασμα ὁμοίως τὸ ΑΕ καθόλου ἀποφατικόν.* Namque si servamus lectionem quam Alexander habuit vs. 12 *Ε οὐδενὶ*, aut dicendum erit *τινὶ οὐχ* vs. 10 positum esse pro *οὐδενὶ* aut *οὐδενὶ* vs. 12 pro *τινὶ οὐ*. Sententia Aristotelis haec est. Ponamus terminos B et H ita comparatos esse, ut de eodem praedicari nequeant: praedicatur autem E de omni H , unde etiam H de aliquo E , B igitur (quippe quod negetur de eodem de quo

edicatur *H*) de ea parte termini *E* negabitur, de qua praedicatur *H*: ergo *B*, quod praedicatur de omni *A*, negatur de aliquo *E*, unde concluditur (II δ'), quod *A* negatur de aliquo *E*, ut dicit Aristoteles vs. 10. His expositis iam reliqua plana sunt; patet autem vocem *οὐδενί* vs. 12 neutiquam ferri posse: nam falsum plane esset, si Aristoteles diceret *B* praedicari de nullo *E*: clarum est enim ex iis quae diximus praedicari de aliquo posse, de aliquo non posse. Erit fortasse qui statuat Aristotelem in hac re erravisse, neque ipse ab hac opinione abhorrerem, nisi certum esset vs. 11 sq. verbis *τὸ γὰρ B ... ὑπάρξει* propositiones tradi, ex quibus in secunda figura colligatur conclusio quam legimus vs. 10 *ὅτι τινί τῶν E οὐχ ὑπάρξει τὸ A*: quae quidem quomodo ex illis elici possit non video, nisi, licet in vitis codicibus, tacentibus interpretibus, *οὐδενί* mutaverimus in *οὐ τινί*, de quo v. quae diximus ad 24 a 19. Haec emendatio certe facilius est quam ea quam faciendam putaverunt Philoponus, qui habuit *H οὐδενί* vs. 12, et auctor scholii cod. Marc. 201, v. supra p. 46 sq. Uterque enim *B*⊙ nostro loco per errorem scriptum putat pro *ΔH*: quod ne cui probandum videatur, paucis exponamus quae leguntur vs. 13—15. Complectitur terminus ⊙ quaecunque de termino *E* praedicari nequeunt, *H* autem praedicatur de aliquo *E*, de eadem igitur parte termini *E* de qua praedicatur *H*, *B* praedicari non potest (*διὰ τὸ μὴ ἐγγραφεῖν τὸ B καὶ H τῷ αὐτῷ παρῆναι* vs. 9): unde patet terminum *B* contineri termino ⊙. — Lectio *H οὐδενί* vs. 12 non video qua ratione defendi possit, nisi ita, ut his verbis causa exprimat eorum quae sequuntur *ὥστε ἀνάγκη τὸ B ...*, sed quum causam, cur *B* idem sit τινί τῶν ⊙, vs. 13—15 exponi appareat, verbis *τῷ ... ὑπάρξει* vs. 12 nihil aliud expressum esse poterit quam altera propositio syllogismi, cuius conclusionem habuimus vs. 10. Patet autem ex iis quae diximus non ante Alexandri tempora scriptum esse *H* (quod iam Philoponum in libris reperisse videmus) pro *E* vs. 12.

45 a 18 Recepimus lectionem codicum *Bnu*, quam etiam vet. intp. cod. Gothan. exhibet, tum quia *ἄν δ' εἰ* in mss. facile mutari poterat in *ἄν δὲ* vel *ἔάν δὲ* ab homine compendii non satis perito, tum quia infinitivi qui sequuntur non haberent unde penderent, quum praecesserit *ὅτι*. Deinde etiam res ipsa nostram lectionem confirmat: sententia enim haec est. Si summus non quae eadem sunt, sed quae diversa et contraria,

ex his quidem ipsis quae sumimus non fit syllogismus, quamquam colligitur aliquid quoddam necessario consequitur et fit syllogismus per ambages, h. e. quamquam non fit syllogismus recta via, tamen *περιλαμβάνεται τι*: nam ut opponitur τὸ *συλλογίζεσθαι τῷ περιλαμβάνεσθαι* (v. 47a23 sqq. et quae diximus ad 41a39 extr.), sic nostro loco ἐξ ἀπῶν μὲν τούτων οὐδεὶς γίνεται συλλογισμὸς et ἀνάγκη δὲ ... Quare vs. 21 ἀναγκαίας Alexander recte explicat per *συλλογιστικῆς*, h. e. aliam viam quam rectam investigare debemus.

Cap. 29. Eadem terminum medium inveniendi ratio etiam in iis syllogismis obtinet qui ad absurdum deducunt, b15 et in reliquis syllogismis hypotheticis, 21 et in iis qui de toto colligunt ἐξ ὑποθέσεως, quod non nisi de parte re vera cogitur. 28 Eadem ratio erit syllogismorum necessariorum, possibilitium et simplicium: 36 unde patet omnem qui fieri possit syllogismus hac demonstrandi ratione contineri.

45a26 Quae recta via demonstrantur ea iisdem terminis adhibitis etiam per deductionem ad absurdum probantur et vice versa. Pugnare hoc videtur cum iis quae supra habuimus: nam syllogismos II δ' et III ε' recta (δεικτικῶς) demonstrari non posse supra tradidit. Tollitur difficultas eo, quod hoc loco non agitur de singulis modis syllogismorum, sed de ratione qua inveniatur medius terminus. Hoc est enim quod exposuit cap. 28, in quo non nisi de binis syllogismis prioribus omnium figurarum sermo est: quare iam non id agit Aristoteles, ut probet recta via demonstrari quaecunque per deductionem ad absurdum demonstrantur et vice versa, sed ei propositum est, ut doceat iisdem terminis nobis opus esse, sive recta demonstrare aliquid velimus sive deductione facta ad absurdum, v. vs. 36 sqq.

45a31 οὐδενὶ ὑπῆρχεν, h. e. *B* de nullo *E* praedicabatur: nam ut demonstraretur *A* praedicari de nullo *E*, poni debebat (44a25) $B = \emptyset$, quod non praedicatur de termino *E*.

45a33 παντὶ ὑπῆρχεν (τὸ *A* τῷ *H* intell.): nam ut *A* de aliquo *E* praedicari colligeretur, dare debebamus $\Gamma = H$ (44a20).

45a38 ἐκ γὰρ τῶν ... Continua demonstratio et deductio ad absurdum modo demonstrandi quidem differunt, terminorum vero habita ratione et propositionum, ex quibus fiunt, non dif-

ferunt: quod ita probat Aristoteles, ut demonstret, quomodo servatis iisdem terminis altera ad alteram redigatur. Exempli causa, ait, si *A* praedicari de nullo *E* deductione facta ad absurdum demonstratum est eo, quod fieri non potest, quin *B* de aliquo *E* praedicetur, quia, si hoc detur, tollatur quod ab initio concessimus (namque si *A* de aliquo *E*, consequitur etiam *B* de aliquo *E*, quod fieri nequit, quia sumsimus $B = \textcircled{44a25}$), clarum est deductionem niti iisdem propositionibus, ex quibus fiat continua demonstratio: continua enim exit, si *B* de nullo *E* et de omni *A* praedicari ponimus, deductio autem sumsit fieri non posse, quin *B* de aliquo *E* praedicetur, quod idem est. Brevius hoc dixit Aristoteles: est enim cautus et consideratus in rebus excogitandis, sed in dicendo praiceps haud raro et praeproperus, dum rem ipsam perspectam habeat. Ut deductionem reduximus ad continuam demonstrationem iisdem propositionibus nixam, sic etiam continua demonstratio redigitur ad deductionem (45 b 1—3) non nova quadam propositione assumpta, sed ea quae conclusionem falsam esse dicit.

45 b 3 *τινὶ* ante *διὰ* omisimus codices secuti qui cum Boethio conspirant, quia veri similis est illud adiectum esse quam praetermissum, si repertum fuisset: neque enim ab Aristotelis usu alienum est, ut omittat quod postulet quidem orationis perspicuitas, ita tamen, ut ex contrario quod praecesserit facile eliciatur, si non adiectum sit. Sic 53 b 40 omisit *παντὶ*. — Vs. 4 *ἐν ἅπασι* recte explicat cod. *n* cum Alexandro *τοῖς δι' ἀδυνάτου*.

45 b 5 *ἄλλον ἄλλον*, in nostro exemplo terminum *B*, quem de aliquo *E* praedicari contendit falsa deductionis conclusio: quae quidem conclusio si convertitur in propositionem repugnantem (*B* de nullo *E* praedicatur), et si cum hac coniungitur eadem propositio (*AB*) quam etiam deductio sumere debebat, e deductione ad absurdum fit continua demonstratio.

45 b 14 Correximus *ταύτᾳ* cum cod. *C*, quod fecissemus, etiam si ne in uno quidem libro exstaret: est enim emendatio et levis et necessaria. Namque apparet Aristotelem hoc loco repetere summam eorum quae modo exposuit; omnis autem disputatio quae praecessit in eo erat, ut eodem termino medio inveniendō et deductionem et continuam demonstrationem niti doceretur.

45 b 17 Praeter syllogismos qui fiunt per deductionem ad impossibile aliam speciem syllogismorum hypotheticorum com-

memorat, syllogismos *κατὰ μετάληψιν* dictos vel *κατὰ ποιότητα*. Quid sit *μετάληψις* explicuimus ad 41 a 39: syllogismi autem *κατὰ ποιότητα* aut iidem sunt atque qui dicuntur *κατὰ μετάληψιν* aut ex numero eorum, quia quod Aristoteles dicit vs. 18 ad utrosque pertinet. Nihil clari de iis tradunt veteres Intpp.; videtur autem syllogismus „secundum qualitatem” appellari quo aliquid colligitur de gradu qualitatis alicuius rei. Nam Philoponus (schol. 178 b 9) eos syllogismos appellatos esse dicit *κατὰ ποιότητα*, ὅσοι ἐκ τοῦ μᾶλλον ἐπιχειροῦσιν ἢ ἐκ τοῦ ἥττον ἢ ἐκ τοῦ ὁμοίου. Falsum certe est quod dicit Zell (p. 266 not.), eosdem syllogismos etiam appellatos esse *κατὰ πρόσληψιν*: aperte enim contradicit Philoponus schol. 178 b 7, qui a Stoicis *πρόσληψιν* eodem sensu dictam esse refert quo *μετάληψιν* a Peripateticis. Quos Theophrastus appellaverit *συλλογισμοὺς κατὰ πρόσληψιν* videbimus ad 58 b 8. — His igitur syllogismis, ait Aristoteles, si quaeritur medius terminus, quaestio eadem ratione instituenda est atque in categoricis: nam categorice etiam in his profertur medius terminus, siquidem quaestio non vertitur ἐν τοῖς ἐξ ἀρχῆς, h. e. non in iis quae cum conditione enuntiata sunt, sed in iis quae accepta sunt et concessa tanquam fundamentum syllogismi (ἐν τοῖς ὑποκειμένοις). — De iis syllogismis, quorum et utraque propositio et conclusio cum conditione profertur, non cogitavisse videtur Aristoteles: ostendunt certe quae dicit vs. 20 quo tempore haec scripsit cum nondum satis inquisivisse in naturam syllogismorum hypotheticorum.

45 b 21 Tangit aliam concludendi rationem, qua alterum de altero universo praedicari colligitur in tertia figura conditione quadam assumpta. Etenim si ponimus $\Gamma = H$, praedicabitur A de omni Γ et E de omni Γ , unde, si assumimus E non praedicari nisi de solo termino H (sive Γ), colligere licebit A praedicari de omni E : nam quia E de solo Γ , consequitur Γ de omni E , quocum si coniungitur A de omni Γ , consequitur A de omni E . — Reprehendit Philoponus, quod non dixerit *μόνον* vs. 24, sed reprehendit quod non satis intellexit: etenim si H est *ἄνθρωπος*, E *γελαστικόν*, bene habent omnia. — Deinde si est $\Delta = H$ et E de solo H praedicatur, unde etiam H de omni E , consequitur A de nullo E : nam A praedicatur de nullo Δ et Δ (H) de omni E .

45 b 34 ἐπὶ τῶν ἄλλων κατηγοριῶν. Similiter res se habet, si

quascunque alia ratione alterum de altero praedicatur. Exempla v. 22a12 sq. et quae his sunt similia: nam de decem generibus categoriarum non cogitandum esse per se intelligitur.

Cap. 30. Demonstrationis inveniendae ratio modo exposita ad omnes artes et disciplinas pertinet, quarum unaquaque experientia edocta demonstrationis principia suppeditare debet, ex quibus quae consequantur patefacere doctrinae Analyticae propositum est.

Docet hoc capite Aristoteles logicae usum esse eundem in omnibus artibus et disciplinis, eundem in rebus veris atque in falsis vel etiam in incertis, quia logica non res ipsas, sed rationem et viam exponat, qua progrediendum sit ab altero ad alterum termino medio interposito: docet igitur artem logicam non pertinere ad res quae demonstrationi subiectae sint (ad materiam), sed ad ipsam demonstrandi rationem (ad formam).

46a5 Invitis codicibus Bkk. dedit lectionem vulgarem: nos codicum auctoritatem secuti praetulimus *ἐκάτερον*: nam sermo est de subiecto et praedicato conclusionis, quae supra litteris *A* et *E* notata sunt. Quae praedicentur, inquit, de subiecto et de praedicato conclusionis et de quibus ipsa praedicentur investiganda sunt.

46a8 *ἐκ τῶν κατ' . . .*, h. e. *ἐκ τῶν διαγεγραμμένων ὥστε κατ' ἀλήθειαν ὑπάρχειν*, ex iis quae ita descripta (disposita) sunt, ut veritati convenient. Infinitivus *ὑπάρχειν* pendet e *διαγεγραμμένων*: nam alia ratio est infinitivi *ἐκλέγειν* vs. 16, ubi pergit in praeceptis quae interruptit vs. 10. Verbum *διαγράφειν* a mathematicis petitum est: termini enim et propositiones (*τὰ διαστήματα*) sic ordinari debent et inter se coniungi ut postulat demonstratio quae ex iis conficienda est.

46a10 *αἱ ἀρχαὶ τῶν συλλογισμῶν* sunt propositiones ita coniunctae per medium terminum, ut ex iis fiat syllogismus. 88b4 *ἀρχαὶ μὲν γὰρ αἱ προτάσεις*, cf. 1394a28, 43a21, b36. Sensus magis premit ubi dicit: *ἀρχὴ δ' ἔστιν ἀποδείξεως πρότασις ἀμεσός*. 72a7, ib. 36. 76a31 *λέγω δ' ἀρχὰς ἐν ἐκάστῳ γένει ταύτας, ὡς ὅτι ἔστι μὴ ἐνδέχεται δεῖξαι*. 77b5 *περὶ δὲ τῶν ἀρχῶν λόγον οὐχ ὑφεκτέον τῷ γεωμέτρῳ, ἢ γεωμέτρῳς*. 88b27 *αἱ γὰρ ἀρχαὶ διτταί, ἐξ ὧν τε καὶ περὶ ὧν αἱ μὲν οὖν ἐξ ὧν κοιναί, αἱ δὲ περὶ ὧν ἴδια*. De usu vocis *ἀρχή* apud Aristotelem v. Trdlbg. de anim. p. 187. 1012a34 *ἀρχή*

λέγεται ἢ μὲν ὄθεν ἂν τις τοῦ πράγματος κινηθεῖη πρῶτον . . . ἢ δὲ ὄθεν ἂν κάλλιστα γένοιτο ἕκαστον . . . ἢ δὲ ὄθεν πρῶτον γίνεται ἐνυπάρχοντος (quam ἀξήσεως ἀρχὴν dicit 735 a 16: eodem sensu dictum est 455 b 34 αἰσθησεως ἀρχή sive 468 b 4 αἰσθητικὴ ἀρχή: quare 402 a 6 animam appellat ἀρχὴν τῶν ζώων, quamquam 468 a 21 τῆς θρεπτικῆς ἀρχὴν ψυχῆς etiam ipsius animae ἀρχὴν esse dicit) . . . ἢ δὲ ὄθεν γίνονται πρῶτον μὴ ἐνυπάρχοντος καὶ ὄθεν πρῶτον ἢ κίνησις πέφυκεν ἀρχεσθαι καὶ ἡ μεταβολή (sic 368 a 34 αἰτία ταῦτα μὲν ἀμφω ὡς ὕλη, τὸ δὲ πνεῦμα ὡς ἀρχή, h. e. ὡς ἀρχὴ τῆς κινήσεως, 751 b 23 ἔχει γὰρ ἐξ οὗ ἐκάτερον ἔσται τῶν μορίων καὶ ὄθεν ἡ ἀρχὴ καὶ ὄθεν ἡ τροφή) . . . ἢ δὲ οὗ κατὰ προαιρεσιν κινεῖται τὰ κινούμενα καὶ μεταβάλλει τὰ μεταβάλλοντα . . . ἀρχαὶ λέγονται καὶ αἱ τέχναι καὶ τούτων αἱ ἀρχιτεκτονικαὶ μάλιστα. ἔτι ὄθεν γνωστὸν τὸ πρᾶγμα πρῶτον· καὶ γὰρ αὕτη ἀρχὴ λέγεται τοῦ πράγματος οἷον τῶν ἀποδείξεων αἱ ὑποθέσεις (quo sensu vocem et supra habuimus et habemus 747 b 6 οὐδ' ὅλως ἐκ γνωρίμων ποιούμενος τὰς ἀρχάς, ubi ἀρχαὶ sunt causae ex quibus aliquid explicatur). ἰσαχῶς δὲ καὶ τὰ αἰτία λέγεται· πάντα γὰρ τὰ αἰτία ἀρχαί. Idem quod αἰτία significat ἀρχή 360 b 30 ταῦτα γὰρ ἀνάγκη συμβαίνειν διὰ τὰς εἰρημένους ἀρχάς. 1002 b 24 αἱ ἀρχαὶ τῶν ὄντων. 1025 b 3 αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἰτία ζητεῖται τῶν ὄντων. Cf. 324 a 27 ἢ γὰρ ἀρχὴ πρώτη τῶν αἰτίων, unde patet ἀρχὴν et αἰτιον ita differre, ut illa sit per se prima et absoluta, hoc autem ex aliis pendere possit: quare ἀρχὴ et αἰτία non sunt eadem, nisi si αἰτία proprie dicatur de causa prima, v. 847 b 16 πάντων δὲ τῶν τοιούτων ἔχει τῆς αἰτίας τὴν ἀρχὴν ὁ κύκλος. 252 b 4 τῶν μέντοι ἀρχῶν οὐκ ἔστιν ἕτερον αἰτιον αἰτίων οὐσῶν. 788 u 14 τοῦτο γὰρ ἔστι τὸ ἀρχὴν εἶναι τὸ αὐτὴν μὲν αἰτίαν εἶναι πολλῶν, ταύτης δ' ἄλλο ἀνωθεν μηθέν: cum quibus conspirant quae dicit 1450 b 27 ἀρχὴ δ' ἔστιν ὃ αὐτὸ μὲν μὴ ἐξ ἀνάγκης μετ' ἄλλο ἔστι, μετ' ἐκείνο δ' ἕτερον πέφυκεν εἶναι ἢ γίνεσθαι. 188 a 27 δεῖ γὰρ τὰς ἀρχάς μῆτε ἐξ ἀλλήλων εἶναι μῆτε ἐξ ἄλλων, καὶ ἐκ τούτων πάντα. Aliis locis ita coniungitur cum voce στοιχείων, ut idem fere significare appareat, cf. 1025 b 5 τῶν μαθηματικῶν εἰσὶν ἀρχαὶ καὶ στοιχεῖα καὶ αἰτία. 329 a 5 ὅτι μὲν οὖν τὰ πρῶτα ἀρχάς καὶ στοιχεῖα καλῶς ἔχει λέγειν ἔστω συνομολογούμενον, ἐξ ὧν μεταβαλλόντων ἢ κατὰ σύγκρισιν καὶ διακρίσιν ἢ κατ'

- ἄλλην μεταβολὴν συμβαίνει γένεσιν εἶναι καὶ φθορᾶν*: ultima verba satis ostendunt de elementis agi et de materia, non de principio movente, cf. 189 a 30 *τὴν δ' ἀρχὴν οὐ καθ' ὑποκειμένου δεῖ λέγεσθαι τινος. ἔσται γὰρ ἀρχὴ τῆς ἀρχῆς* (cf. 100 b 16) · *τὸ γὰρ ὑποκείμενον ἀρχὴ καὶ πρότερον δοκεῖ τοῦ κατηγορουμένου εἶναι. 1060 a 1 ἀρχὴ γὰρ τὸ συναναιροῦν.*
- 46 a 17 *Scrispsimus ἴδιαι pro ἰδίᾳ, quod et usus loquendi postulat et Alexandrum habuisse constat ex schollis: Boethius quoque et vet. intp. cod. Gothan. legit ἴδιαι. Etiam vocem εἰδὶν post ἐκάστην omisimus Alexandrum secuti, ex cuius explanatione vox εἰδὶν in contextum videtur irrepsisse. Particulam δὲ in γὰρ mutare nolimus, quia quae legimus schol. 179 b 31 docent mendum esse, quod vs. praecedente scriptum sit γὰρ.*
- 46 a 19 *Negligentius hoc scripsit: expectabas enim, ut pergeret sic: λέγω δ' οἶον τῆς ἀστρολογικῆς ἐμπειρίας (ἔστι παραδοῦναι) τὰς τῆς ἀστρολογικῆς ἐπιστήμης. Quod dixit sic intelligendum videtur: λέγω δ' οἶον τὴν ἀστρολογικὴν μὲν ἐμπειρίαν (παραδοῦναι τὰς ἀρχὰς) τῆς ἀστρ. ἐπιστ. Sententia clara est. Omnis ars et omnis scientia ab experientia incipit: nam ut certae leges inveniantur, quibus quae fiant adstricta sint, ante omnia ea ipsa quae fiunt nobis constare debent et comperta esse: postquam autem res ipsae quae sub sensus cadunt ita observatae sunt, ut non solum nihil incerti reliquum sit, sed etiam nihil non sit animadversum quod observari possit, omnia nobis parata sunt quibus firmum scientiae fundamentum extrui possit. — De ἱστορίᾳ, quam commemorat vs. 24, v. Trdlbg. de anim. p. 187. 491 a 12 οὕτω γὰρ κατὰ φύσιν ἔστι ποιεῖσθαι τὴν μέθοδον ὑπαρχούσης τῆς ἱστορίας τῆς περὶ ἕκαστον. 1359 b 32 ταῦτα δ' οὐ μόνον ἐκ τῆς περὶ τὰ ἴδια ἐμπειρίας ἐνδέχεται συνορᾶν, ἀλλ' ἀναγκαῖον καὶ τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις εὐρημένων ἱστορικῶν εἶναι. 757 b 35 διόπερ οὐδ' ἱστορικῶς οὐδὲ ταύτῃ φαίνονται λέγοντες οἱ φάσκοντες τοὺς ἰχθῦς πάντας εἶναι θήλειες, ubi 758 a 3 ἡ ἀπειρία ὀρροπνιtur τῇ ἱστορίᾳ. De coel. 298 b 2 τὴν πλείστην συμβαίνει τῆς περὶ φύσεως ἱστορίας περὶ σωμάτων εἶναι.*

Cap. 31. De divisionum usu et abusu in ratiocinando: etenim fuerunt qui quid sit unaquaeque res divisionibus factis demonstrari posse opinarentur.

- 46 a 37 *Dedimus ὅτι pro ὅ τι* (quocum convenit versio Boethiana et vet. intp. cod. Gothan.) et vs. 38 *διαιρουμένους* pro *διαιρουμένοι* cum codd. *nm.* Alexandrum habuisse *ὅ τι* et *διαιρουμένους* ex scholiis constat: quare locum interpretatur hoc modo: „et imbecillum quendam fieri e divisionibus syllogismum et sic fieri posse syllogismum per divisiones ut diximus, ignorabant”, quod ineptum est: est enim mera *ταύτολογία*. Quam ob rem erit, opinor, cui arrideat lectio *διαιρουμένοι*, quae et optimorum codicum auctoritate nititur et sensum habet a nostro loco non alienum: etenim sensus exit hic: „et quod colligere licet, quod non, ignorabant, quum dividebant (nam e divisionibus quid sit res ipsa evincere sibi videbantur), et imbecillum quidem inde fieri posse syllogismum nesciebant”. Neque tamen hoc ab omni parte probandum est: nam non solum lectionis, quam Alexandrum habuisse constat, maior est auctoritas quam eius quam nostri codices praebent, sed etiam, si aliam explicandi rationem adoptamus, sensus exit nostro loco plane conveniens. Nemo erit enim qui dubitet quin sibi opponantur *οὔτε ξυνίεσαν ὅτι ἐνδέχεται, οὔτε ὅτι οὔτως ἐνδέχεται*. Scribendum erit igitur *ὅτι* pro *ὅ τι* vs. 37, ut quod Aristoteles dicat sit hoc: „et aliquid colligi posse divisione facta ignorabant et sic colligi posse ut diximus”, intell. per syllogismum quendam imbecillum et per petitionem quaesiti.
- 46 a 40 In syllogismo simplici — primae figurae intell., *δι' οὗ (σχήματος) αἱ τε ἀποδείξεις αἱ κυρίως καὶ τὸ παντὶ καὶ καθόλου ἄλλῳ ἄλλο ὑπάρχειν δεικνύται* Alex. fol. 138a ed. Iunt. — medius terminus superari debet a maiore termino, quo continetur, sed si fit syllogismus per divisionem, a medio superatur ille.
- 46 b 5 *οὗ τὸν λόγον δεῖ λαβεῖν*: nam qui ex ipsa divisione aliquid colligunt, quid sit res quam terminus minor significet colligere opinantur. Quare duobus exemplis allatis demonstrat ex ipsa divisione non concludi hominem esse animal mortale vel etiam, si hoc concedatur, non concludi hominem esse animal pedestre.
- 46 b 20 Et sic semper iis accidit, ut dividentes medium terminum faciant eum qui maxime universalis sit.
- 46 b 24 *τὴν ἄλλην ὁδὸν . . . ὁδὸς* h. l. idem est quod *μέθοδος*, sive quod appellat vs. 36 *τὸν τρόπον τῆς ζητήσεως*. Nihil proferunt perspicui quod necessitatem arguat: etenim totam viam frustra persequuntur quae reliqua est ab alia divisione ad aliam progredientes, qua in re ita occupati sunt, ut ne cogi-

tent quidem de ratione demonstrandi a nobis exposita, quae doceat et quomodo comparatus esse debeat syllogismus et quomodo inveniatur.

46 b 34 Nihil dico de misera corruptione quam huic loco et sano et satis perspicuo Buhlius attulit, qui miratur, quod interpretes silentio eum praeterierint. Inductus est in errorem falsa interpunctione quam invenit in vet. intp. et interpolatione quae verba *σύμμετρον ἢ ἀσύμμετρον* repetita vs. 35 ante *διάμετρος* in contextum introduxit.

Cap. 32. Reliquum est ut doceatur, quomodo omnis syllogismus reducatur ad unam trium figurarum. 47 a 10 Ac primum quidem propositiones investigandae sunt et num quid desit in iis quod requiratur ad syllogismum rite faciendum, vel num quid adiectum sit quod deesse possit: 22 deinde num quid consequatur quidem necessario, neque tamen rite conclusum sit. b 1 Distinguuntur tres figurae e varia quam quaeque prae se fert specie, unde cognoscitur figura quae cuique problemati conveniat.

47 a 11 Non video, cur Bkk. non receperit *ῥάω* quod omnes codices praebent, quum *ῥάον* ex illo correctum esse videatur. Sic 182 b 7 *ῥάους κατιδεῖν*, ib. 27 *ῥάους ἰδεῖν*. In his Bkk. nimis adhaesit lectioni vulgari, quam respuit vs. 21, quo eam revocandam duximus. Nam Aristoteles, quum de reductione syllogismorum ad singulas figuras loquitur, non verbo simplici *ἀγειν* utitur, sed composito *ἀνάγειν*. Ferendum putarem *ἀγαγεῖν*, si adiectum esset *εἰς τὰς δύο προτάσεις* vel aliud quid huiusmodi. — *τὰ μείζω* vs. 11 propositiones dicit, *τὰ ἐλάττω* terminos.

47 a 17 *δι' ὧν δ' αἴται περαίνονται*: namque si demonstrationem admittunt propositiones ex quibus colligitur, ipsae aliis adhibitae, quibus nituntur, demonstrandae sunt. — De pronomine *τις* quod post *ἔλθῃ* v. 20 omisimus codicum auctoritatem secuti v. quae diximus ad 3 b 22.

47 b 1 Singularis est usus verbi *κατηγορεῖν* (v. Trdlbg. Elem. log. p. 94): namque verba *ἢ αὐτὸ μὲν . . . ἀπαρνήται* dicta esse patet de secundo syllogismo primae figurae, de cuius propositione minore accipienda sunt verba *ἢ αὐτὸ μὲν κατηγορεῖ*: terminus medius igitur dicitur *κατηγορεῖν*, quod apparet hoc loco idem esse quod *κατηγορημα εἶναι*, „locum praedicati te-

nerē, praedicari". Iam si verbi passivi ea vis est, ut significet aliquem pati id ab alio quod eum efficere indicavit verbum acti-
 vum, κατηγορεῖσθαι dicitur id quod patitur ab eo quod locum
 praedicati teneat s. de ipso praedicetur, ut κατηγορούμενον ap-
 pelletur quod orationi subiectum sit. Ne multa: κατηγορεῖν si-
 gnificat „praedicato exornare aliquid” et κατηγορεῖσθαι „exor-
 nari praedicato, definiiri praedicato adiecto”: qui quidem verbo-
 rum sensus quamquam usui plane adversatur, tamen alium sub-
 esse non posse res ipsa aperte docet. Accedit quod vs. 4, ubi
 de tertia figura agitur, verbum κατηγορεῖσθαι non amplius eum
 sensum habet quem modo explicuimus, sed eum quo poni solet.
 Simili constructione verbum intransitivum γίνεσθαι vel εἶναι
 expectabas pro transitivo ποιεῖν de coel. 313 b 3 ἔδει δ' ἐν
 τῷ ἀέρι εἶναι μᾶλλον τοῦτο ποιεῖν: nam subiectum orationis
 omissum est, de qua omissione v. Zellium ad Ethic. Nicomach.
 I, 2, 1, ad verba 1094 a 20 πρόεισι γὰρ οὕτω γ' εἰς ἀπειρον.
 47 b 11 Cur modo τινι modo πολεῖ scripserit nescio, nisi negli-
 gentiam in scribendo arguere liceat.

Cap. 33. Etiam si terminorum ea ratio est quam syllogismus postulat, tamen interdum non rite fit syllogismus, nisi etiam quantitatis propositionum ratio habeatur.

47 b 16 διὰ τὸ ἀναγκαῖον, quod re vera aliquid conclusum esse
 nobis persuadet.

47 b 20 Expectabas ut diceret οὕτε συλλογισμὸς οὐτ' ἀναγκαῖον
 οὐδέν, quia quod necessarium est latius patet quam syllogismus.

47 b 26 Lectionem vulgarem quam codices exhibent οὐ γὰρ Bkk.
 immerito reiecit. Buhle quamquam non recepit οὐκ ἄρα, ta-
 men melius esse putavit. Mihi quidem alterum arridet, quum
 difficilior sit: neque enim repetitum γὰρ habet quod offendet,
 quum ter positum sit 745 a 5 — 8 (sic ὅτι 74 b 18 sqq. ter po-
 nitur), quater 45 a 11 — 15, ubi sequente semper orationis mem-
 bro indicatur causa eius quod in praecedente dictum est, ne-
 que improbandum est propterea, quod his positum diverso sensu
 referatur ad idem orationis membrum. Scilicet quod dicit est
 hoc: „*A* non praedicatur de termino *Γ*, h. e. non fit conclusio
ΑΓ: nam mortalis est Aristomenes: non fiebat enim syllogi-
 smus terminis sic se habentibus”. Una causa quam affert, cur
A non praedicetur de termino *Γ*, posita est in rerum natura
 (nam *A* erat „aeternum”, *Γ* vero „Aristomenes mortalis”),

altera petita est e legibus et regulis concludendi: una est naturalis, altera rationalis, unde factum est, ut utraque, quum ad eandem rem pertineat, particula γὰρ expressa sit. Cf. 673 a 27 ἔτι δ' ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων διὰ τίν' αἰτίαν οὐ γίνεται (τὸ γαργαλίζεσθαι); τὸ μὲν γὰρ τοῦ γέλωτος πληγείσῶν τῶν φρενῶν εἰκότως· οὐδὲν γὰρ γελᾷ τῶν ἄλλων. 677 a 7 sq. γὰρ ad diversas orationis partes refertur: nam prius γὰρ sententiam Anaxagorae exponit, alterum cur falsa sit explicat. 47 b 38 ἐν τῷ παρὰ μικρὸν cf. 169 b 11, 15; 197 a 27, 29 τὸ γὰρ παρὰ μικρὸν ὥσπερ οὐδὲν ἀπέχειν δοκεῖ.

Cap. 34. Aliud vitium quod in ratiocinando admittitur in eo est, quod termini non sic sumuntur ut decet.

48 a 13 τοῦτου δὲ μὴ ληφθέντος, intell. τοῦ μὴ ἐνδέχεσθαι τῷ νοσοῦντι ὑπάρχειν τὸ ὑγιαίνειν. Sententia haec est. Sin autem non sumatur τὸ μὴ ἐνδέχεσθαι (quippe quod manifesto falsum sit), h. e. si non sumatur sanum fieri non posse eum qui aegrotet, sed si sumatur τὸ ἐνδέχεσθαι μὴ ὑπάρχειν, h. e. si sumatur fieri posse, ut non sanetur qui aegrotet, aut non fit syllogismus aut fit syllogismus τοῦ ἐνδέχεσθαι hoc modo (vs. 13) — quare etiam Alexander fol. 146, a explicat vs. 10 οὐκ ἔσται συλλογισμὸς verbis: ὅτι τοῦ μὲν ἀναγκαίου συλλογισμὸς οὐκ ἔσται, τοῦ δὲ ἐνδεχομένου ἔσται. Fieri potest, ut nemo sanetur qui aegrotet, omnes homines aegrotare possunt: consequitur fieri posse, ut sanitas de nullo homine praedicetur.

48 a 18 Aliter res se habet in tertia figura: nam in prima et secunda quod admissum erat vitium in ratiocinando detegi poterat aliis terminis sumtis qui rei magis convenirent (si pro sanitate sumatur id quod sanum sit, pro morbo quod aegrotet); in tertia figura vero vitium non in eo positum est, quod termini non recte sumti sint, sed in eo, quod propositiones, quae ἐνδεχομένως proferri debebant, ὑπαρχόντως enuntiatae sunt (κατὰ τὸ ἐνδέχεσθαι συμβαίνει τὸ ψεῦδος).

48 a 21 τοῦτο δ' ἀνομολογούμενον . . . Hoc non consentaneum esse dicit iis quae antea docuerit: ostendit enim 39 a 14 sqq. fieri syllogismum primo modo tertiae figurae, si utraque propositio sit ἐνδεχομένη, quod falsum esse arguunt quae hoc loco tradit. Non addit quomodo haec difficultas superetur, sed satis habet indicare quid reliquum sit negotii, si quis incepta persequi velit. Idem fecit 45 b 20, 41 b 31, cf. 49 a 10, 50 a 40,

67b26, 69b38 et quae habuimus 8b22 et 10a25. Neque sibi neque aliis dissimulat quid in suo opere imperfectum sit, sed quid deficiat ingenue fatetur, ut et ipse et alii bene percipiant qua via progrediendum sit.

Cap. 35. Singuli termini uno verbo interdum exprimi nequeunt.

48a32 Si quis in omnibus syllogismis medium terminum uno verbo complecti velit, peccabit interdum in eo, quod opinabitur fieri posse syllogismum τῶν ἀμέσων, h. e. in eo, quod quaeret medium terminum, quo concludat quae non possunt concludi per medium terminum uno verbo expressum, sed colligi non possunt nisi definitione interposita, quae illius locum occupet.

48a35 καθ' αὐτὸ γὰρ . . . 73b38 τὸ δ' ἰσοσκελὲς ἔχει μὲν τὸ τυχὸν δύο ὀρθαῖς ἴσας, ἀλλ' οὐ πρῶτον, ἀλλὰ τὸ τρίγωνον πρότερον. ὃ τοίνυν τὸ τυχὸν πρῶτον δεικνύται δύο ὀρθὰς ἔχον ἢ ὀτιοῦν ἄλλο, τούτῳ πρῶτῳ ὑπάρχει καθόλου, καὶ ἡ ἀπόδειξις καθ' αὐτὸ τούτου καθόλου ἐστὶ, τῶν δ' ἄλλων τρόπον τινὰ οὐ καθ' αὐτό· οὐδὲ τοῦ ἰσοσκελοῦς οὐκ ἔστι καθόλου ἀλλ' ἐπὶ πλείον.

48a37 ἀποδεικτοῦ ὄντος. Quamquam demonstrari potest propositio AB — εἰ τὸ τρίγωνον οὕτως ὀρίζομεν ὥστε ταῖς ἐφεξῆς ἴσον εἶναι αὐτὸ καὶ τὰς ἐφεξῆς οὕτως ὥστε δυὸν ὀρθαῖς ἴσας εἶναι —, tamen medius terminus qui uno verbo exprimitur non existit. In vitis codicibus cum Bekkero praetulimus ἀποδεικτοῦ: nam ἀποδεικτικὸν est quod ad demonstrationem pertinet, quod demonstrationem conficit, ἀποδεικτὸν quod demonstrationi subiectum est. 1049b14 οἶον λέγω οἰκοδομικὸν τὸ δυνάμενον οἰκοδομεῖν, καὶ ὄρατικὸν τὸ ὄραν καὶ ὄρατὸν τὸ δυνατὸν ὀραῖσθαι. 438b22 ὃ γὰρ ἐνεργεία ἢ ὀσφρησις τοῦτο δυνάμει τὸ ὀσφραντικόν: non satis accurate igitur Biese II. p. 142 τὸ αἰσθητικὸν reddit „das auf der Empfindung beruhende sinnliche Leben“, cf. 402b13: est enim τὸ αἰσθητικὸν ipsa sentiendi facultas, non vita quae pendeat ex hac facultate et ex iis quae sensibus subiecta sint.

Cap. 36. Ut fiat syllogismus, non necesse est alterum de altero praedicari casu recto. b10 Aut propositio minor casum obliquum habere potest, 15 aut maior, 20 aut utraque. 21 Syl-

logismorum negantium eadem ratio est. 39 Termini semper proferri debent casu recto, propositiones interdum obliquos habent.

48 a 40 Quum A praedicari dicitur de termino B et B de C, hoc non ita utique accipiendum est, ut alterum de altero enuntietur ut praedicatum, neque ita, ut A eadem ratione praedicetur de B qua B praedicetur de C, sed quod dicimus praedicari id latius patet: nam quocumque modo duo termini coniunguntur per verbum esse et quocumque sensu verum est quod terminis ita coniunctis profertur, eodem modo et sensu alterum de altero dicitur praedicari, v. c. si una scientia (A) praedicatur de rebus contrariis (B), hoc non significat ipsas res contrarias unam esse scientiam (vs. 7: quare delendum erat comma post *ἐναντία* a Bekkero positum), sed significat rerum quae sibi contrariae sint unam esse scientiam, sive verum esse de rebus contrariis, si quis dicat unam et eandem earum esse scientiam.

48 b 12 Post alterum *σοφία* addidimus *ἐπιστήμη*, quod, licet importunum, tumentur et codices et intpp. graeci. *A* *ἐπιστήμη*, *B* *σοφία*, *Γ* τὸ ἀγαθόν. Praedicatur *A* de *B* casu recto, *B* de *Γ* casu obliquo (sapientia versatur in bono cognoscendo): colligitur praedicari *A* de *Γ* — scientiam versari in bono cognoscendo. Propositionum expositio difficilior redditur adiecta voce *ἐπιστήμη*, quia terminus maior a propositione minore alienus est. Dicit autem hoc: „Sapientia est de bono (refertur ad bonum), scilicet ut scientia eius”. Fatendum est vocem *ἐπιστήμη*, quam in contextum reduximus, perspicuitati obesse, quamquam sensum non plane turbet, sed hoc ipsum est quod nos movit, ut istam vocem retinendam censuerimus, quam ne cod. *A* quidem videtur omisisse: nam quae recens in illo superscripta sunt inde nata esse veri simile est, quod verba τοῦ δ' ἀγαθοῦ ἐστὶν ἢ σοφία ἐπιστήμη, quae in eandem vocem desinunt atque ea quae proxime praecesserunt, per negligentiam scribentis praetermissa erant.

48 b 13 τὸ μὲν δὴ ἀγαθόν . . . quare id de quo alterum praedicatur in conclusione non profertur casu recto, sed id de quo praedicatur in propositione maiore. — In exemplo quod sequitur vs. 16 est *A* *ἐπιστήμη*, *B* ποιὸν καὶ ἐναντίον, *Γ* τὸ ἀγαθόν.

- 48 b 18 οὐκ ἔστι δὲ τὸ . . . neque conclusio neque propositio maior casum rectum habet, sed minor sola.
- 48 b 21 ὅτι μὲν λεγομένου: exemplo est τὰγαθὸν ἔστι γένος vs. 26; ὅτι δὲ μὴ λεγομένου: exemplo est τοῦ ἀγαθοῦ ἔστι γένος vs. 23. Iidem termini sunt in utroque exemplo *A* γένος, *B* ἐπιστήμη, *Γ* τὸ ἀγαθόν. Accidit in his Aristoteli quod ipse cavendum esse praemonuit: peccavit enim παρὰ τὸ μὴ καλῶς ἐκτίθεσθαι τοὺς ὄρους: namque medius terminus non unus est et idem in maiore et in minore propositione, siquidem in illa (vs. 22 et 24) terminus *B* est τὸ οὗ ἔστιν ἐπιστήμη, h. e. τὸ ἐπιστητόν, in hac vero ἡ ἐπιστήμη.
- 48 b 27 τὸν αὐτὸν δὴ . . . Ut praedicatur alterum de altero non solum casu recto, sed etiam obliquo, sic etiam negatur et recto casu et obliquo.
- 48 b 30 οὐκ ἔστι κινήσεως κ., v. 225 b 15 οὐκ ἔστι κινήσεως κινήσις οὐδὲ γενέσεως γένεσις οὐδ' ὄλων μεταβολὴ μεταβολῆς, quod exponitur iis quae sequuntur. Generationem esse speciem motus vidimus 15 a 13, ubi cf. quae diximus. Colligitur vs. 31 primo modo secundae figurae, vs. 32 secundo eiusdem figurae. Docent haec exempla melius quam ea de quibus diximus ad vs. 21 conclusionem habere posse casum rectum, quamquam utraque propositio habeat obliquum. — Vs. 31 ἡδονῆς δ' ἔστιν, nam ἡδονὴ ἔστι κίνησις τῶν ἡδέων, v. 666 a 11.
- 48 b 34 Eodem modo res se habet ubicunque in conclusione negatur alterum de altero, quod genus (medius terminus) certam quandam rationem (cf. 49 a 2—5) habet ad ea de quibus praedicatur: nam αὐτὸ vs. 35 refertur quidem ad πρόβλημα quod praecessit, sed intelligendum est de terminis qui conclusionem (τὸ πρόβλημα) constituunt. Sic pronomen αὐτό, ut dicit H. Rasso Aristotelis de notionis definitione doctrina, Berol. 1843 p. 55 not. 1, „etsi genere vetitum sit, ad ἐπιφανείαν referendum est” 1029 b 19 ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὸ ἐξ ἀμφοῖν τὸ ἐπιφανείᾳ λευκῆ εἶναι. διὰ τί; ὅτι πρόσεστιν αὐτό: quare non probanda erit lectio αὐτη, quam plurimi codices habent. 750 b 8 πᾶσι γὰρ τούτοις γίνεται (ἢ τῶν καταμηλιῶν ἀπόκρισις), τοῖς μὲν πλείων, τοῖς δ' ἐλάτων, τοῖς δὲ τοσαύτη τὸ πλήθος ὥστε ὅσον γε ἐπισημαίνειν. Cf. quae diximus ad 4 b 4, ad 6 a 8 et ad 16 b 1 sub fin. Alexander recte explicuit τὸ γένος per τὸ μέσον, neque tamen quidquam videtur mutandum esse: nam sermo est de syllogismis secundae figurae, in qui-

bus medius terminus praedicatur de extremis. Aristoteles dicit hoc: λέγεται πως πρὸς αὐτὸ τὸ μέσον, τὸ γένος δηλονότι. 48b35 Exemplum est secundi syllogismi figurae tertiae: *A* χρόνος δέων, *B* καιρός, *Γ* θεός.

49a5 εἴ πως ἄλλως πλάττει, si non profertur simplici casu, sed cum praepositionibus, vel quocunque alio modo ratio exprimitur quae inter terminos intercedit. — Talia Aristoteles addere solet, ut caveatur ne quid praetermissum sit, quod non nominatim dixerit, etiam si ipse nihil in mente habeat quod adiciendum sit, cf. 56b8: namque semper sibi cavet Aristoteles, ne quid confidentius dicat quod non satis constet, v. 408b9 τὸ δὲ διανοεῖσθαι ἢ τοιοῦτον ἴσως ἢ ἕτερόν τι.

Cap. 37. Ratio habenda est in ratiocinando modorum omnium, quibuscunque alterum de altero enuntiarī potest.

49a7, cf. 1017a22 καθ' αὐτὰ δὲ εἶναι λέγεται ὄσαπερ σημαίνει τὰ σχήματα τῆς κατηγορίας· ὄσαχῶς γὰρ λέγεται, τοσαυταχῶς τὸ εἶναι σημαίνει.

Cap. 38. Quod iteratur in propositionibus cum termino maiore coniungendum est. 27 Non item sumendi sunt termini, si quid universe et simpliciter colligitur et si quid cum adiunctione quadam.

49a11 ἐπαναδιπλούμενον dicitur in oratione quod accedit, praesertim si ita accedit, ut sensus aut leviter aut omnino non mutetur. 1003b28 καὶ οὐχ ἕτερόν τι δηλοῖ κατὰ τὴν λέξιν ἐπαναδιπλούμενον τὸ εἰς ἐστὶν ἄνθρωπος καὶ ἐστὶν ἄνθρωπος . . . ὥστε φανερόν ὅτι ἡ πρόσθεσις ἐν τούτοις ταῦτ' ἀποδίδωκεν. 91a21 εἰ δὲ μὴ οὕτω τις λήψεται διπλώσας, h. e. nisi quis propositiones ita sumat, ut in utraque alterum ἐν τῷ τί ἐστι praedicetur. 910b27 ἐπαναδιπλοῦσθαι significat „ad integrum redire”.

49a16 Notandum est verbo κατηγορεῖν, quod Philoponus (schol. 182a29) non nisi de eo dici notavit, quod casu recto praedicetur, hic ita uti Aristotelem, ut etiam de casu obliquo accipiatur.

49a18 ὅπερ. Hoc pronomine utitur Aristoteles, ut significet aliquam rem ita coniunctam esse cum alterius rei natura, ut eam conplectatur sicut genus speciem. 83a30 ὅπερ γὰρ ζῷον ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος. 116a26 οὐδὲν γὰρ λέγεται ὅπερ τὸ γέ-

- νος, δ μὴ τυγχάνει ἐν τῷ γένει ὄν. 83a7 οὐτε λευκὸν ὄν οὐδ' ὅπερ λευκὸν τι ἐγένετο ξύλον, cf. ib. 14, ib. 24 τὰ μὲν οὐσίαν σημαίνοντα ὅπερ ἐκείνο ἢ ὅπερ ἐκείνὸ τι σημαίνει καθ' οὗ κατηγορεῖται et quae seq. 185a33 ἀνάγκη δὴ λαβεῖν μὴ μόνον ἐν σημαίνειν τὸ ὄν, καθ' οὗ ἂν κατηγορηθῆ, ἀλλὰ καὶ ὅπερ ὄν καὶ ὅπερ ἔν. Ib. b1 οὐ δὴ ἔσται ἄλλω ὑπάρχον τὸ ὅπερ ὄν, ib. 8 οὐδὲν γὰρ ὄν δ οὐχ ὅπερ ὄν. 1051b30 ὅσα δὴ ἔστιν ὅπερ εἶναι τι καὶ ἐνεργεῖα, περὶ ταῦτα οὐκ ἔστιν ἀπατηθῆναι, ἀλλ' ἢ νοεῖν ἢ μή, cf. 49b7, Biese I. p. 60 not. 1.
- 49a23 *A* ἐπιστητὸν ἢ ἀγαθόν, *B* ἀγαθόν, *Γ* ὑγιεινόν.
- 49a24 δοξαστὸν post τραγέλαφος eiecimus: nam et deest in codicibus et Philoponus illud omissum esse aperte dicit et Alexandrum non habuisse ex ipsius verbis apparet. Non dubitavimus igitur vocem δοξαστὸν e contextu eiicere, praesertim quum praecesserit ἐπιστητὸν, unde quid in mente habere debeamus eo loco, quo legebatur δοξαστὸν, facile intelligitur: δοξαστὸν autem ab iis additum videtur, qui Aristotelis verba ex interpretibus corrigerent. Ipsum syllogismum recte exposuit Alexander: in sequente autem syllogismo est *A* φθαρτὸν ἢ αἰσθητὸν, *B* αἰσθητὸν, *Γ* δ ἄνθρωπος.
- 49a29 Aristoteles adhuc loquitur de ἐπαναδικλώσει: quare sensum non habet quod vulgo legitur ἐπιστητὸν τι ὅτι, quum legendum sit ἐπιστητὸν ὅτι: dicit enim „aliud est, si demonstratur τἀγαθὸν ἐπιστητὸν, aliud, si demonstratur τἀγαθὸν ἐπιστητὸν ὅτι ἀγαθόν”, quod re vera Aristotelem demonstrare voluisse apparet vs. 35, ubi ipsam conclusionem adiicit. Accedit quod pronomen τι non exprimitur in versione Boethiana et quod litterarum similitudo ἐπιστητὸν τι ὅτι monstrat, quam facile fieri potuerit, ut τι per negligentiam scribentis in contextum illatum sit: quamquam haud scio an veri simillius sit τι additum esse ab iis, qui Aristotelem male intellectum emendare vellent: in quem quidem errorem coniecti videntur et eo quod habemus vs. 28 τὸδε τι et ipso termino medio quem sumit τὸ τι ὄν. Namque, ut dicit vs. 36, omnis haec demonstratio in eo posita est, quod τὸ τι ὄν (gerade diases individuell Bestimmte) oppositum ei quod universale est (τῷ ὄντι) significat proprietatem naturae eius rei, ad quam scientia pertinet, unde fit, ut ἐπιστήμη ὅτι τι ὄν significet scientiam certae rei cuiuscunque, e. g. boni, ἐπιστήμη ὅτι ὄν scientiam quod existat aliquid, quod quid sit et quale ignoramus.

49 b 2 ἐν μέρει vocat eos, qui non ἀπλῶς τι, sed τόδε τι concludunt. Quare recte Biese I. p. 179 not. 2 „Weil in dem Zusatze eine besondere Bestimmung enthalten ist, so werden diese Schlüsse auch οἱ ἐν μέρει συλλογισμοί genannt“.

Cap. 39. *In analysi syllogismorum termini ita semper sumendi sunt et mulandi, ut sint quam maxime simplices et perspicui.*

Cap. 40. *Terminis adiciendus est articulus vel non adiciendus prouti conclusio postulat.*

Cap. 41 *Quum dicimus καθ' οὗ τὸ B κατὰ παντὸς τὸ A λέγεσθαι, hoc, quatinus per se non idem est quod καθ' οὗ παντὸς τὸ B, κατὰ τοῦτου παντὸς καὶ τὸ A, tamen de terminis qui syllogismum faciunt ita accipimus, ut de quocunque praedicetur B, de eo omni etiam praedicetur A. 33 Certis terminis non utimur, ut cogamus quod demonstrandum sit, sed ut illustremus.*

49 b 14 Differunt propositiones τὸ B ὑπάρχει τῷ Γ et τὸ B ὑπάρχει παντὶ τῷ Γ. Si diversis propositionibus adiungis eandem, coniunctae propositiones non idem valebunt: quare si dicis τὸ A ὑπάρχει παντὶ τῷ B, τὸ B ὑπάρχει τῷ Γ (quod etiam sic exprimere licet: τὸ A παντὶ ὑπάρχει ἢ τὸ B ὑπάρχει), hoc non idem est ac si dicis τὸ A ὑπάρχει παντὶ τῷ B, τὸ B ὑπάρχει παντὶ τῷ Γ (quod sic exprimi potest: τὸ A παντὶ ὑπάρχει ἢ τὸ B παντὶ ὑπάρχει).

49 b 20 Si propositio maior (AB) non est universalis, h. e. si A non latius patet quam B, sive si A non praedicatur de omnibus, quibus tribuitur B, neque universalis erit conclusio neque omnino erit conclusio, sive minor (BG) universalis est sive particularis: sin autem A praedicatur de omnibus, quibus re vera tribuitur B (ἀληθῶς λέγεσθαι vs. 23 est praedicari sensu proprio sicut genus de specie, quare quod ἀληθῶς praedicatur id dicitur κατὰ παντός: opponitur τὸ κατὰ συμβεβηκός s. παρὰ φύσιν, sicut pulchrum de albo vs. 18) et utraque propositio universalis erit et conclusio. — De verbis καθ' οὗ bene annotat Alexander fol. 155 a οὐκ ἔστιν ἴσον τῷ καθ' οὗ. τὸ μὲν γὰρ καθ' οὗ διορισμένον ἐστὶ δηλωτικὸν ὄν τοῦ καθόλου . . . τὸ δὲ καθ' οὗ ἀδιόριστον.

49 b 25 Si servamus comma post λέγεται vs. 26, sententia haec

est. Si vero propositio minor (*BI'*) non universalis est, conclusio aut non fit aut non universalis. Sin autem hoc est quod Aristoteles dicit, mirum est quod non viderit syllogismum non fieri tertio modo primae figurae (*A χρῶμα, B λευκόν, Γ γαλόν*) minime propterea, quod propositio minor particularis est, sed quia τὸ *B* κατὰ τοῦ *Γ* οὐκ ἀληθῶς λέγεται: neque enim fiet syllogismus, si propositio minor universalis est (*A χρῶμα, B λευκόν, Γ κύκνος*). Quod si quis Aristotelem ignoravisse negaverit, alia quaerenda erit hunc locum explanandi ratio. Accedit quod hoc loco non agit de sophismatis detegendis et evitandis, sed de ratione, qua data conclusione inveniantur propositiones, unde illa collecta sit: quare hic exponit, quales sumi debeant propositiones, quales non debeant, ut conclusio sit universalis. Dicendum erit igitur verba εἰ μέντοι . . . 27 ὑπάρχειν iis quae praecesserunt perspicuitatis gratia ab Aristotele addita esse, quippe quae aliis verbis idem expriment quod habuimus vs. 20, nisi hoc discrimen velis statuere (quod satis leve est), ut vs. 20 agatur de propositione particulari, nunc vero de indefinita. Fecit hoc Iul. Pacius, quem non possum non mirari quod hunc locum recte intellexit, quamquam falsam interpunctionem servavit, quae explicationem ab ipso propositam non admittit: reiecta enim Philoponi interpretatione hoc unum nobis relictum est, ut deleto commate vs. 26 post λέγεται locum ita intelligamus, ut sibi respondeant εἰ μὲν vs. 20 et εἰ δὲ vs. 22, εἰ μέντοι vero vs. 25 repetat aliis verbis quod iam dictum sit vs. 20 per εἰ μὲν . . . Quod dicit est hoc. Si vero *A* praedicatur, de quo omni *B*, nihil quidem impedit quin *B* praedicetur de termino *Γ* (sive de omni sive de aliquo tantum), *A* autem aut non de omni *Γ* praedicetur aut omnino non praedicetur de termino *Γ*: namque verba καθ' οὗ ἂν τὸ *B* λέγεται κατὰ παντός eundem sensum habent, quem vs. 23 verba καθ' οὗ ἂν τὸ *B* λέγεται ἀληθῶς. Philoponum quidem, quamquam rem non recte explicat, eadem verba habuisse quae nos patet ex schol. 184 a 17 — 21. Quae apud Alexandrum leguntur (fol. 155 b ed. Iunt.) ita perplexa sunt, ut valde corrupta esse videantur. Etenim iisdem verbis (οὐδὲν κωλύει τῷ *Γ* ὑπάρχειν τὸ *B* . . . ὑπάρχειν), quae etiam nos habemus, ex Aristotele adscriptis addit καὶ ἔστιν αὕτη (ἢ πρότασις) ἢ αὕτη τῇ ἐν ἀρχῇ εἰρημένη, quamquam postea hunc locum ita affert, ut legisse videatur οὐδὲν

καλύει, εἰ τῷ Γ ὑπάρχει τὸ Β μὴ παντὶ δέ, τὸ Α ὅλως μὴ ὑπάρχειν.

49 b 28 Si igitur per tres terminos fit conclusio universalis, τὸ λέγεσθαι τὸ Α (κατὰ τοῦτου) καθ' οὗ τὸ Β κατὰ παντός (comma ante παντός vs. 28 delendum fuisse patet: nam quod addidit παντός non significat terminum Α de alio praedicari universo, sed terminum Β praedicari de universo Γ. Confirmat hoc veram mentem Aristotelis a nobis expositam esse in iis quae praecesserunt: nam quum hic paucis complectatur summam eorum quae modo disputavit, apparet non fuisse sermonem de coniunctione maioris propositionis universalis cum minore particulari, sed de maiore indefinita quam cum minore vel universali vel particulari ad syllogismum faciendum coniunctam putare possit qui non recte intelligat τὸ λέγεσθαι τὸ Α καθ' οὗ τὸ Β κατὰ παντός: qua quidem loquendi formula utitur e. g. 51 b 41), significat terminum Α praedicari de omnibus quae contineantur termino Β: quare de quo Β universo, de eo universo etiam Α praedicatur, de quo autem non universo Β, de eo universo etiam terminum Α praedicari, quamquam aliquando verum est, certe non concluditur: namque τὸ λέγεσθαι τὸ Α καθ' οὗ τὸ Β κατὰ παντός hanc vim habet, ut significet eandem esse praedicandi rationem termini Α et termini Β. Explicatione igitur, quam hoc capite dedit Aristoteles, opus erat, quia verba τὸ καθ' οὗ τὸ Β παντός τὸ Α λέγεσθαι ambigua sunt; incertum enim manet utrum παντός coniungendum sit cum iis quae praecesserint an cum iis quae sequantur.

49 b 34 ἀλλ' ὥσπερ . . . , h. e. ἀλλὰ χρώμεθα τῇ τῶν ὄρων ἐκδέσει καὶ τῷ τόδε τι εἶναι, ὥσπερ . . . Per exempla non demonstramus quod probandum est, sed monstramus.

49 b 36 In vitis codicibus optimis vulgarem lectionem ἀλλ' οὕτως servavimus, quae et ab ipso Aristotele confirmatur 76 b 39 οὐδ' ὁ γεωμέτρης ψευδῆ ὑποτίθεται, ὥσπερ τινὲς ἔφασαν, λέγοντες ὡς οὐ δεῖ τῷ ψεύδει χρῆσθαι, τὸν δὲ γεωμέτρην ψεύδεσθαι λέγοντα ποδιαίαν τὴν οὐ ποδιαίαν ἢ εὐθείαν τὴν γεγραμμένην οὐκ εὐθείαν οὖσαν. ὁ δὲ γεωμέτρης οὐδὲν συμπεραίνεται τῷ τήνδε εἶναι γραμμὴν, ἣν αὐτὸς ἐφθεγγεται, ἀλλὰ τὰ διὰ τούτων δηλούμενα (cf. 1078 a 20 οὐδ' — h. e. οὐδὲ ψεύδεται — ὅταν ἐν τῇ γῆ γράφῃ καὶ τὴν ποδιαίαν φῆ μὴ ποδιαίαν· οὐ γὰρ ἐν ταῖς προτάσεσι τὸ ψεῦδος), et ab Alexandro (fol. 156 a ed. lunt. 1521; eandem etiam exhi-

bet vet. intp. Goth.), qui verba *ἀλλ' οὐχ* vs. 36 . . . *συλλογίζομενος* sic exprimit: *οὐδὲ τοῖς καταγεγραμμένοις προσχρώμενος δεικνύσιν αὐτῶ τὸ προκείμενον, ἀλλὰ τοῦτοις σημείοις χρῆται οὐδὲν συντελοῦσιν ἢ συννισφέρουσι πρὸς τὸ δεικνύμενον*. Reieciimus autem quod vulgo legebatur *οὐσαν*, quippe quod correctum videretur ab eo qui participiam non nisi ad *ἀπλατῆ* referendum putaret: loquitur autem Aristoteles non de una linea, quae, quamvis neque pedalis sit neque recta neque latitudine careat, tamen a geometra sumatur pedalis recta sine latitudine, sed de tribus, quod et ipse indicavit eo loco quem adscripsimus et Alexander significat verbis: *οὐτε τὴν ποδιαίαν ποδιαίαν λαμβάνων οὐτε τὴν εὐθείαν εὐθείαν*. Quae sequuntur *ἀλλ' οὐχ οὕτως* . . . difficultatem habent: sensu certe non destituta sunt, sive omittitur *οὐχ* sive servatur. Iam si omittitur, sententia haec est. Exemplis ratiocinantes utimur, non ut demonstremus, sed ut illustremus quod volumus idem facientes quod geometra, qui rectam dicit lineam quae recta non est, sed figuris utitur ad ratiocinandum, quasi re vera tales sint quales non sunt, sed quales vult geometra et quales re vera eas esse ipse fingit: nam nisi quid sumatur universale, nihil colligi poterit. Sin autem servamus particulam *οὐχ*, quod Aristoteles dicit est hoc. Exemplis utimur in ratiocinando ut geometra figuris: namque geometra nihil colligit ex iis ipsis figuris quas descripsit: nihil enim colligitur e re singulari, sed universali propositione opus est. Apparet alteram explicationem minus artificiosam esse: nam pronomen demonstrativum *τούτων* vs. 37 rectius intelligitur de rebus singularibus, quae ad ratiocinandum inutiles sint, quam de universalibus propositionibus, sine quibus demonstratio esse nequeat: quare negatio *οὐχ* servanda erit. At difficultatem habet particula *ἀλλὰ* vs. 36: exspectabas enim, si haec verba sic interpretanda sunt ut modo diximus, ut Aristoteles diceret *καὶ γὰρ οὐχ οὕτως χρῆται* . . . Ipsa difficultas nos movit, ut lectionem *ἀλλ' οὐχ οὕτως* praeferendam duxerimus. Quomodo excusetur particula *ἀλλά*, facile est ad intelligendum, si non tam eius quod Aristoteles expresserit rationem habesamus quam eius quod in mente habuerit: siquidem dicturus erat hoc: *οὐδὲν προσχρώμεθα τῶ τόδε τι εἶναι, ἀλλὰ χρώμεθα τῇ τῶν ὄρων ἐκδέσει ὡσπερ ὁ γεωμέτρης χρῆται μὲν τοῖς διαγράμμασιν* (hunc enim sensum esse verborum *ὡσπερ* vs. 35 . . . *οὐχ οὐσαν* nemo erit,

opinor, qui neget), ἀλλ' οὐχ οὕτως χρῆται ὡς συλλογιζόμενος ἐξ αὐτῶν τούτων τῶν διαγραμμάτων.

49b37 ὁ μὴ ἔστιν. Clarius dixisset εἰ μὴ ἔστι τι. Similem constructionem habuimus 8b14 ὁ ἂν εἶδῃ τις. Contra ubi expectabas pronomem relativum, particula εἰ est modeste loquentis, v. 695b9 οἷόν ἐστι (h. e. οἶον γίνεται ἢ ἀξήσις) νάρκαις καὶ τρυγόσι καὶ εἰ τι τοιοῦτον ἄλλο σέλαχός ἐστιν. 439b13 αὐτῶν δὲ τῶν διαφανῶν, οἶον ὕδατος καὶ εἰ τι ἄλλο τοιοῦτον. Item 18b11 propter τοῦτο quod sequitur clarius scripisset ὁ τι pro εἰ. — De particula ὡς Alexander fol. 156b haec habet: τὸ ὡς προστιθεὶς ὅτι μήτε πάντως ὁ κατηγορούμενος ἐπὶ πλεον, μήτε πᾶν τὸ ἐπὶ πλεον τινὸς ὄν ὡς μέρους αὐτοῦ ὑπερέχει.

50a2 τὸν μανθάνοντα (τῷ ἐκτίθεσθαι καὶ τῷ ἀισθάνεσθαι χρῆσθαι) λέγοντες: namque discentem tantum terminorum expositione et sensibus in ratiocinationibus uti debere apparet. De constructione cf. 189b33 φάμεν γὰρ γίνεσθαι ἐξ ἄλλου ἄλλο καὶ ἐξ ἑτέρου ἕτερον ἢ τὰ ἀπλᾶ λέγοντες ἢ τὰ συγκείμενα.

Cap. 42. *Singulae compositorum syllogismorum conclusiones non semper ex eadem figura sunt, sed ipsa conclusio in qua figura facta sit monstrat.*

50a9 τεταγμένα. In unaquaque figura non nisi certa quaedam concluduntur secundum ordinem: nam in secunda conclusio affirmans esse non potest, in tertia non potest esse universalis. Cf. quae diximus ad 32b19.

Cap. 43. *De resolutione syllogismorum qui definitionem cogere volunt.*

50a11 Non recte hunc locum intellexit Iul. Pacius Philoponum secutus (schol. 185a44. Monendum est autem et hoc scholion et quod legitur 185b4 — 11 non referenda esse ad pag. 51. ed. Bkk. quae in marg. adscripta est, sed ad pag. 50. Item schol. 187a12 in marg. scribendum erit 51a40 pro 52a40, 185b47 autem legendum erit ἀποφαντικός): dicit enim pertinere hoc caput ad syllogismos qui definitionem evertant. At διαλέγεσθαι πρὸς τι hic non est „disserere contra aliquid”, sed „disputare de aliqua re”: nam si Aristoteles doceret quomodo definitio everteretur, id huius loci non esset, quia ἀνάλυσιν syllogismorum tradit, non artem dialecticam: quare hic exponit

quomodo, si definitio coacta sit, inveniatur propositiones ex quibus collecta sit. Similem usum praepositionis *πρός* notavimus ad 41a39: dicitur enim *συλλογίζεσθαι πρὸς τι, ὁ τοῦδε πρὸς τόδε συλλογισμὸς*, cf. 45 b 5; 42a39 *πλείω τῶν ἀναγκαίων ἠρώτηκε πρὸς τὴν θείων*. Sic dicit 59b19 in tertia figura sumi propositiones *πρὸς τὸ ἔσχατον ἄκρον*: nam quod praedicatur in iis quasi contendit ad terminum minorem, cf. 79b17 *καταφατικὴν γὰρ δεῖ τὴν πρὸς τοῦτο γίνεσθαι πρότασιν*. 159a4 et 7 Iul. Pacius *διαλέγεσθαι πρὸς τι* ipse vertit „disserere de aliqua re”. Ceterum de praepositione *πρός* cf. 183a21—26. Sententia nostro loco expressa haec est. Quod attinet ad eas ratiocinationes, quae definitionis conficiendae causa institutae ad partem definitionis (*ἐν τι τῶν ἐν τῷ ὄρῳ*) demonstrandam extractae sunt, in his non definitio integra pro termino sumenda est, sed ea ipsa pars definitionis de qua conclusum est: v. c. si quis proponat definitionem „quam esse humorem potabilem”, *ἀνάλυσις* ita facienda est, ut terminus maior modo sit „humor” modo „potabile”.

Cap. 44. De resolutione syllogismorum hypotheticorum 29 et eorum qui ducunt ad impossibile. 39 Reliquam de hypotheticis syllogismis disputationem in aliud tempus differt.

50a21 Recepimus *πᾶσα* quod et optimorum codicum auctoritate commendatur et ab Alexandro confirmatur (schol. 184 b 20). Quod Bkk. dedit *μία* correctionis speciem habet coll. vss. 19 et 23. Si Aristoteles scripsisset *μία* vs. 21, oratio ambigua esset (nam *οὐ μία* idem est quod *οὐδεμία*), quamquam vs. 23, ubi adiecit *πάντων*, nihil ambigui inest: quare nostro loco dixit *οὐ πᾶσα*, quod etiam sensus postulat. Conditio haec erat (vs. 19), ut, si quae facultas non esset contrariorum, eorum neque una esset scientia: quare qui hoc colligere vult probare debet aliquam facultatem non esse facultatem contrariorum, h. e. non omnem facultatem esse contrariorum. Restituimus *οἶονεῖ* quod codices optimi habent cum Iul. Pacio. In reliquis edd. legitur *ἢ* pro *εἰ*. Cur scripserimus *οἶονεῖ*, non *οἶον εἰ*, diximus ad 34a32.

50a24 Dedimus *ἐπιδέδεικται* ex optimis codd., quod cur Bkk. reiecerit non assequor: namque *ἐπιδεικνύναι* non est demonstrare, sed potius ratiocinando patefacere, quod huic loco optime convenit: nam allato exemplo *τοῦ ὑγιεινοῦ καὶ τοῦ νοσώδους*

non tam demonstravit quam patefecit quod efficere voluit. De usu verbi *ἐπιδεικνύναι* cf. 185a15, 186a5, 213a25, 85a27. 50a29 Exemplum syllogismi ducentis ad impossibile, quod affert vs. 37, exposuimus ad 41a26. Ponitur in his syllogismis propositio falsa, quae tanquam vera concessa est, concluditur quod manifesto absurdum est. Resolutio eorum fieri nequit, quia ipsa ratiocinatione tollitur id ex quo concessio syllogismus confectus est.

Cap. 45. Reducuntur syllogismi I β' et δ' ad II α' et γ'; 17 II α', β' et γ' ad I β' et δ'; 30 II δ' non reducitur ad I; 33 reducuntur syllogismi I γ' et δ' ad III δ' et ε'; 51a1 III α', β', γ' et δ' ad I γ' et δ'; 18 III ε' non reducitur ad I. 22 Lex cui adstricta est resolutio primae figurae in tertiam et tertiae in primam. 26 Syllogismus II γ' ad III ε' reducitur; 31 II δ' non reducitur ad III; 34 III β' et ε' ad II γ'; 37 III ε' non reducitur ad II. 40 Quae consequantur ex iis quae exposuit declarat. b3 Summam eorum complectitur quae disputavit inde a cap. 32.

50b18 Plerique codd. cum vet. intp. cod. Gothan. exhibent *μόνος*, sed nos cum Bkkero praetulimus, quod etiam Boethius habuit, *μόνον*, quippe quod minus usitatum videatur, quamquam eundem usum vocis *μόνον* habemus 438a11 *διὰ τι ὁ ὀφθαλμὸς ὁρᾷ μόνον, τῶν δ' ἄλλων οὐδὲν ἐν οἷς ἐμφαίνεται τὰ εἶδωλα.* 891a35 *διὰ τι ἀνθρώπος μόνον ἴσχει λευκὴν;* 583a1 *λείον γὰρ ὁ ἀνθρώπος ἐστὶ μόνον.* 341a20 *ἰκανὴ ἐστὶ παρασκευάζειν καὶ ἡ τοῦ ἡλίου φορὰ μόνον,* quamquam aliis locis (v. 1311a11, 320a11, 710b8) dicit *μόνος*. Adiectivi *μόνος* autem singularis est usus apud Aristotelem: nam poni solet non in eo genere quod habet ipsum substantivum ad quod refertur, sed in genere eius vocabuli quod vel genus vel speciem indicat ex qua illud excipitur: 508b11 *ὃν καλοῦσι σκάρρον, ὃς δὴ καὶ δοκεῖ μόνος ἰχθὺς μερναῖζειν.* 511a16 *τὰ μὲν γὰρ ἄλλα γένη τῶν ὄψεων ὥτοκοεῖ, ἕως δὲ ζωτοκοεῖ μόνον.* 489b21 *τῶν ζώων . . . τὰ μὲν δύο πόδας ἔχει, οἷον ἀνθρώπος καὶ ὄρνις μόνον, τὰ δὲ τέτταρας.* 1332b5 *τὰ μὲν οὖν ἄλλα τῶν ζώων μάλιστα μὲν τῇ φύσει ζῆ, μικρὰ δ' ἔνια καὶ τοῖς ἔθεσιν, ἀνθρώπος δὲ καὶ λόγῳ μόνον γὰρ ἔχει λόγον.* 784b13 *ὁ εὐρώς μόνον τῶν σαρκῶν ὡς εἰπεῖν λευκὸν ἐστίν.* 780b5 *τῶν δ' ἄλλων ἵππος μόνον ἐπιδήλως γηρά-*

σκων λευκαίνεται. 776a10 *μόνον ὑστερικόν ἐστὶ γυνή τῶν ἄλλων ζώων*. 710b10 *ἄνθρωπος μόνον ὄρθον τῶν ζώων ἄν*. Inusitatum igitur est Aristoteli quod habemus 960a12 *οἱ ἄνθρωποι μόνοι τῶν ἄλλων ζώων*, 949a5 autem apparet legendum esse *μόνον* e codd. X^a Y^a pro *μόνων* quod dedit Bkk. τὰ μὲν τῶν εἰσενεχθέντων μόνον λυτικά, τὰ δὲ καὶ ἑτέραν σύντηξιν ποιεῖ, h. e. οὐ μόνον λύσειν ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ . . .

50b34 *οἱ δ' ἐν τῷ πρώτῳ πάντες*, omnes scilicet quorum conclusiones ita comparatae sunt, ut et in prima et in tertia figura confici possint: intelligit enim tertium et quartum syllogismum primae figurae: nam de primo et secundo sermo esse non potest, quia quod per hos cogitur, id in tertia figura cogi nequit.

51a2 *ὅταν μὴ . . .* quintum modum dicit, de quo agit vs. 18 sqq.

51a24 Vox *μετατιθεμένης* (h. e. *ἀντιστροφόμενης*) Zellium in errorem induxit, qui quomodo excusari possit non video: dicit enim (p. 300 not.): „Aufser dem in der Uebersetzung ausgedrückten Sinne kann der Sinn der Stelle auch folgender seyn: Zuweilen läfst sich auch der Obersatz umkehren (wie in Dissamis); aber dann ist zuerst der Obersatz zu dem Untersatz zu machen; und wenn so der letztere versetzt (umgesetzt) ist, läfst sich die Auflösung vornehmen“. At quis, quaeso, erit qui haec eliciat ex Aristotelis verbis vel etiam extorqueat? — Alium sensum quam nostro loco, quamquam eundem quem etiam habet τὸ ἀντιστρέφειν, τὸ μετατιθέναι habet 59a1.

51a40 *οἱ αὐτοί*, quartus modus secundae et quintus tertiae figurae.

Cap. 46. *Quid intersit inter „esse non A“ et „non esse A“ exponitur: 31 Quae sit oppositio et quae consequentia propositionum indefinitarum „esse A“ „non esse A“, „esse non A“ „non esse non A“. 52a18 Quid intersit quo loco in propositionibus definitis collocetur particula negans. 39 Si A consequens est termini B, non B erit consequens termini non A, poterunt autem praedicari de eodem A et non B, non A et B non poterunt. b14 Fallimur autem in his, si terminos non ita sumimus, ut semper aut A aut non A verum sit, aut B aut non B.*

51b10 Discrimen quod statuit inter τὸ μὴ εἶναι τοῦτι et τὸ εἶναι μὴ τοῦτο ostendit per exempla in quibus discrimen quod ex-

positurus est facilius perspiciatur. His ad eandem praedicandi rationem redactis sumit quae repugnant vs. 15: in quibus quum intersit quo loco ponatur negatio, apparet non idem esse τὸ μὴ εἶναι τοῦτο et τὸ εἶναι μὴ τοῦτο. Ipsam argumentationem Aristoteles pro more suo non persequitur ut decet: satis habet singula quaeque indicare, unde argumenta fluant, neque tamen ordine ea explanat. Nam postquam proposuit negationes quae exemplis allatis repugnant, sic pergere debebat (vs. 16—22): Iam si nihil interesset quo loco collocaretur negatio, de eodem homine recte dicere liceret, quod posset non ambulare et quod non posset ambulare: sequeretur igitur affirmationem et negationem simul veras esse de eodem: nam quum quod ambulare potest possit etiam non ambulare, posse autem non ambulare idem esse sumserimus quod non posse ambulare, consequitur (quod aperte falsum est) eundem posse ambulare et non posse. Hanc demonstrationem Aristotelem in mente habuisse manifestum est, sed nemo erit, opinor, quin videat quam male eam exposuerit.

51 b 14 οὐδὲν διαφέρει cum particula ἢ occurrit saepius: v. 994 a 16 οὐδὲν δὲ διαφέρει ἐν ἡ πλείω εἶναι. 1017 a 28 οὐδὲν γὰρ διαφέρει τὸ ἀνθρώπος ὑγιαίνων ἐστίν ἢ τὸ ἀνθρώπος ὑγιαίνει. Eadem ratione explicatur quod habemus 80 b 35 ληπτέαι γὰρ ἐναντίας ἢ ὡς ἔχουσιν αἱ προτάσεις. 685 a 13 τοῖς μαλακίοις οἱ πόδες τοῦτον ἔχουσι τὸν τρόπον καὶ ὑπεναντίας ἢ τοῖς ἄλλοις. Alia est constructio verbi διαφέρειν 486 b 5 διαφέρει δὲ σχεδὸν τὰ πλείστα τῶν μορίων ἐν αὐτοῖς παρὰ τὰς τῶν παθημάτων ἐναντιώσεις, cf. 584 b 26 τὸ δὲ πλῆθος τῶν τόκων τῆς τελειώσεως παρὰ τὰλλα ζῶα τοῖς ἀνθρώποις ταύτην ἔχει τὴν διαφορὰν, alia 320 a 26 ἡ μεταβολὴ διαφέρει οὐ μόνον περὶ δ (h. e. τῷ περὶ δ) ἀλλὰ καὶ ὡς (h. e. τῷ ὡς) τοῦ τε γινομένου καὶ ἀλλοιούμενου καὶ ἀξαναομένου.

51 b 24 Restituimus ἀνάλογον ex codicibus, quod iam dedit Iul. Pacius. Etiam Bkk. scribit ἀνάλογον, ubi hoc adverbii loco ponitur, v. 645 b 6 πολλὰ κοινὰ πολλοῖς ὑπάρχει τῶν ζῴων, τὰ μὲν ἀπλῶς οἶον πόδες ... τὰ δ' ἀνάλογον. 362 b 32 δῆλον ὡς ἀνάλογον ἔξει τὰ τ' ἄλλα καὶ τῶν πνευμάτων ἢ στάσις. 768 b 31 ὥστ' ἀνάλογον ἀῖξιν καὶ διαμένειν ὁμοίαν τὴν μορφήν. 468 a 9 ἀνάλογον γὰρ εἰσιν αἱ ῥίξαι τοῖς φυτοῖς καὶ τὸ καλούμενον στόμα τοῖς ζῴοις, cf. 321 b 29, 1448 b 38. Etiam articulum adverbio ἀνάλογον adiectum reperimus: v.

455 b 32 ἢ ταῦτά ἢ τὰ ἀνάλογον. 469 b 6 ἐν τῷ ἀνάλογον μορφῷ: quare non opus erit correctione codicis *B*, quam Buhle recepit, ἀναλόγων, quamquam etiam adiectivum ἀνάλογος in usu est Aristoteli, v. e. g. 1303 b 30. Similia exempla, in quibus adverbium adiectivi vel substantivi locum tenet, frequentissima sunt in Aristotele: namque dicere solet οἱ πρότερον (1338 a 14), οἱ ὕστερον, quamquam 1333 b 11 ad τῶν ὕστερον τινες adiectum est γραψάντων; cf. 136 b 24 ἐπὶ τῶν πρότερον τόπων. 1326 b 20 ἐν τῇ πολυανθρωπία τῇ λίαν, quod quomodo explicandum sit docet quod habemus 1270 a 17 συμβέβηκε κεκτησθαι πολλὴν λίαν οὐσίαν. 1366 b 31 τὰ δίκαια καὶ τὰ δικαίως ἔργα. Dicitur ἀνάλογον id quod alienum locum ita tenet, ut alia quasi persona induta huius partes persagat eamque repraesentet; v. 645 b 9 καὶ τοῖς μὲν αἶμα, τοῖς δὲ τὸ ἀνάλογον τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν ἦνπερ τοῖς ἐναίμοις τὸ αἶμα. 333 a 28 εἴη δ' ἂν καὶ μὴ τῷ τοῦ ποσοῦ μέτρῳ συμβάλλεσθαι τὰς δυνάμεις, ἀλλὰ κατ' ἀναλογίαν: quare ἀναλογίεσθαι est de aliqua re ex similibus aliquid colligere, v. 353 a 4, 1320 b 20.

51 b 26 et 28 Alia argumenta affert, quibus probet discrimen quod indicavit: concludit orationem vs. 31; sed quae colligit non continuo fluunt ex iis quae praecesserunt: nam adhuc demonstravit non idem esse τὸ μὴ εἶναι τοδὶ et τὸ εἶναι μὴ τοῦτο. Quum autem haec ita comparata sint, ut simul vera esse possint, consequitur alterum non negare id quod alterum affirmet.

51 b 38 Disponi haec vult hoc modo:

A τὸ εἶναι ἀγαθόν. *B* τὸ μὴ εἶναι ἀγαθόν.
Δ τὸ μὴ εἶναι μὴ ἀγαθόν. *Γ* τὸ εἶναι μὴ ἀγαθόν.

51 b 41 sqq. Explicat haec Ammonius in schol. 121 a 26 sqq. Latius patet *B* quam *Γ* et *Δ* quam *A*: quare praedicatur *B* de *Γ*: nam quum de *Γ*, sicut de unaquaque re, verum sit edicere aut *A* aut *B* (aut affirmationem aut negationem), *A* autem de *Γ* edici non posse appareat, praedicatur de *Γ* quod repugnat τῷ *A*, τὸ *B*. *Γ* autem de *B* non utique praedicatur: si enim ξύλον λευκόν ponimus pro ἀγαθόν, propositio *B* dicta esse poterit de eo quod lignum omnino non est, propositio *Γ* vero non nisi de eo quod lignum quidem est, sed lignum non album. Eodem modo de *Δ* quum aut *Γ* praedicetur aut *Δ*, *Δ* praedicari apparet, neque tamen vice versa

A de omni *Δ*: nam de eo quod lignum non est non dici poterit *A*, h. e. dici non poterit esse lignum album (unde apparet delendum fuisse οὐ post ξύλον 52a11, quod neque mss. libri neque edd. praebent excepto uno cod. *A*: quare cur Bkk. retinuerit non intelligo: equidem, si codices exhiberent οὐ, non haberem quomodo explicarem. Vet. intp. cod. Gothan. omissis verbis τὸ *A* vs. 10 lectionem codicis *f* habet vs. 11), sed dici poterit non esse lignum non album.

52a13 ἐνδέχεται τινὲ τῶ αὐτῶ: siquidem quod non est lignum id dici poterit et non esse lignum album et non esse lignum non album.

52a15 Etiam si propositiones *Γ* et *Δ* per privationem exprimentur, h. e. si ἀνισον (κακόν) ponitur pro μὴ ἴσον (μὴ ἀγαθόν) in propositionibus *Γ* et *Δ*, eandem quam modo exposuimus rationem habent ad eas, in quibus simpliciter praedicatur alterum de altero, h. e. ad propositiones *A* et *B*. Innuit hoc magis quam exposuit 19b23—26. Rem explanavimus ad 19b22.

52a28 Propositionem ὃ ἂν ἦ ζῶον ἐνδέχεται μὴ εἶναι λευκόν Alexander (schol. 186b45) καθόλου ἀποφατικὴν ἀναγκαίαν dicit, quod falsum esse apparet. Exemplum enim quod Aristoteles proponit hoc est. Omne animal non est album vel, ait, fieri certe potest, ut non sit album.

52a29 Edd. ante Bkk. omnes ἀλλὰ τοῦ μὲν, quod longe facilius est, neque tamen rectius. Similem constructionem habuimus 44b38, 50a11. 751b21 τὰ δὲ τῶν ὀρνέων καὶ τὰ ὑπηνέμια ἔχει ταύτην τὴν διχροίαν. 76b5 ταῦτα (τὰ σημεῖα intell. καὶ τὰς γραμμὰς) γὰρ λαμβάνουσι (οἱ γεωμέτραι) τὸ εἶναι καὶ τοδὶ εἶναι. Similem negligentiam produnt quae habuimus 19b19 sq. τὰ μὲν ... τὰ δὲ ... cf. 852a15 διὰ τί τὰ διὰ τῶν μειζόνων κύκλων αἰρόμενα καὶ ἐλκόμενα ῥᾶον καὶ θᾶττον κινουῦμεν; οἶον καὶ αἱ τροχιλαὶ αἱ μείζους τῶν ἐλατόνων καὶ αἱ σκντάλαι ὁμοίως. Usitatissima est Aristoteli haec constructio in enuntiationibus relativis, v. 50b5, 47b13, 650a16 τὸ στόμα τῆς ἀκατεργάστου τροφῆς πόρος ἐστὶ καὶ τὸ συνεχὲς αὐτῶ μόριον ὃ καλοῦσιν οἰσοφάγον, ὅσα τῶν ζῶων ἔχει τοῦτο τὸ μόριον. 653a18 διὸ πλείον ἀθροισόμενον (τὸ θερμὸν) ἐπὶ τὸν κάτω τόπον ἀπεργάζεται τὸν ὕπνον, καὶ τὸ δύνασθαι ἐστάναι ὀρθὰ ἀφαιρεῖται, ὅσα τῶν ζῶων ὀρθὰ τὴν φύσιν ἐστὶ. De coel. 284b32 οὐκ ἐν ἅπαντι σώ-

- ματι τὸ ἄνω καὶ κάτω καὶ τὸ δεξιὸν καὶ ἀριστερὸν καὶ τὸ ἔμπροσθεν καὶ ὀπίσθεν, ἀλλ' ὅσα ἔχει κινήσεως ἀρχὴν ἐν αὐτοῖς ἔμφυχα ὄντα. 956 b 18 δεῖ τοῦ κριτᾶς, ἃ παρὰ διάνοιαν ἔστιν, ἢ μὴθὲν χεῖρους τῶν ἀγωνιστῶν εἶναι ἢ κρεῖττους.
- 52 a 34 Ex iis quae exposuit colligit quod usum praebet in analysi syllogismorum.
- 52 a 37 Philoponus legit *μὴ εἶναι μὴ μουσικόν*: praestat quod et Alexander habuit et nostri codd. praebent.
- 52 a 39 Exempli gratia sit *A χρῶμα, B οὐ χρῶμα, Γ λευκόν, Δ οὐ λευκόν*.
- 52 b 5 Dedimus quod omnes codices habent τὸ *Δ ἔπεται*. Argumentatio autem haec est. *Δ* praedicatur de *B* (vs. 5—8), quia de *B* aut *Γ* aut *Δ* praedicari debet, *Γ* vero non potest, quia, si *Γ*, etiam *A*, quod repugnat τῷ *B*. Deinde (vs. 8—10) de omnibus aut *Γ* praedicatur aut *Δ*, *A* autem, quippe quod latius pateat quam *Γ*, praedicatur de quibusdam, quibus non tribuitur *Γ*: de quibusdam igitur praedicatur *A*, de quibus etiam *Δ*. *B* et *Γ* de iisdem praedicari nequeunt (vs. 10—12), quia de quibuscunque *Γ* praedicatur, etiam *A* praedicatur, cui *B* ita repugnat, ut alterum utique tollat alterum. Denique *B* et *Δ* interdum non simul de iisdem praedicantur (vs. 12 sq.): demonstravimus enim *A* et *Δ* interdum praedicari de iisdem, *A* et *B* autem sibi repugnant.
- 52 b 8 Non dedimus quod codices praebent τὸ *A* τῷ, quia hoc adversatur usui loquendi qui ab Aristotele observatur: nam eum terminum alteri dicit *ἀντιστρέφειν*, de quo alter praedicatur, v. 2 b 21 τὰ δὲ εἶδη κατὰ τῶν γενῶν οὐκ ἀντιστρέφει, h. e. τὰ δὲ εἶδη τοῖς γένεσιν οὐκ ἀντιστρέφει ὥστε κατ' αὐτῶν κατηγορεῖσθαι, ἀλλὰ τὰ γένη κατὰ τῶν εἰδῶν: quare Aristoteles non dicit τὰ γένη τοῖς εἶδεσι μὴ ἀντιστρέφειν, quamquam res eadem esset, sed τὰ εἶδη τοῖς γένεσιν, cf. 51 a 4, 31 a 32 al.: unde hoc loco dicit *μὴ ἀντιστρέφειν τῷ A τὸ Γ* (quod etiam versio Boethiana habet), h. e. id de quo praedicetur non posse substitui in locum eius quod praedicetur. Eandem ob causam etiam 67 b 37 servavimus quod dedit Bkk. τῷ *B* τὸ . . .
- 52 b 14 Terminis non recte sumtis interdum in his fallimur. *A ἀγαθόν, B οὐκ ἀγαθόν, Z οὐτ' ἀγαθόν οὐτ' οὐκ ἀγαθόν, Γ ὑγιεινόν, Δ οὐχ ὑγιεινόν, Θ οὐδ' ὑγιεινόν οὐδ' οὐχ ὑγιεινόν*. Facile autem accidit, ut sumamus *Z* pro *B*, h. e. pro

eo quod repugnat τῷ *A*: nam quum *B* latius pateat quam *Z*, quod neque bonum est neque non bonum, facile nobis persuademus esse non bonum. Idem valet de *Δ* et *Θ*. Si igitur hoc peccamus, ut terminum *Z* substituamus in locum termini *B* et *Θ* in locum termini *Δ*, consequens erit terminum *B* (vs. 19) necessario praedicari de omni *Δ*, quod contra habere modo demonstravimus: nam *Δ* quidem praedicari debet de omni *B* (τὸ οὐ λευκὸν κατὰ παντός ὃ μὴ χροῶμά ἐστιν), non vice versa. Demonstratio sic procedit (vs. 22). Terminis sic se habentibus ut supra indicavimus (ita scilicet, ut *Z* tollat et *A* et *B*, *Θ* autem et *Γ* et *Δ*) sumantur sibi repugnare *A* et *Z*, *Γ* et *Θ*, *A* autem praedicari de omni *Γ*. Quae si ita sumuntur, sequitur ex iis quae modo exposuimus (a 39— b 13), *Θ* praedicari de omni *Z*. Deinde (vs. 25) etiam terminos *ZB* et *ΘΔ* inter se pugnare concedendum erit (sumsimus enim repugnantes esse *A* et *Z*, *Γ* et *Θ*; apparet autem eandem esse rationem termini *B* ad *Z* quae est termini *A* ad *Z*, quia posito termino *Z* et *A* tollitur et *B*. Idem valet de terminis *Γ*, *Δ* et *Θ*), demonstravimus autem *Θ* praedicari de omni *Z*: quare si in hos terminos transferimus quod exposuimus a 39— b 13, consequens erit *B* praedicari de omni *Δ*, quod aperte falsum est. Quae in re peccatum sit indicavimus: in eo scilicet (vs. 29) quod sumsimus *A* et *Z* ita sibi opponi, ut se invicem excludant, quare etiam *BZ* sibi repugnare concedendum erat.

52 b 19 γὰρ servandum duximus. Eodem modo adicitur in apodosi 65 b 31, quamquam praecessit ὅλον εἰ, sicut nostro loco. Eadem ratio est particulae ἄρα 437 a 28, quae in apodosi abesse solet: εἰ γὰρ μὴ ἔστι λανθάνειν ἀσθανόμενον καὶ ὄρῳντα ὄρῳμενόν τι, ἀνάγκη ἄρ' αὐτὸν ἕαντὸν ὄρῳν τὸν ὀφθαλμόν, particulae δὲ 1061 a 22 ἐπεὶ δ' ἔστι τὰ ἐναντία πάντα τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς ἐπιστήμης θεωρησάι, λέγεται δ' ἕκαστον αὐτῶν κατὰ στέρησιν . . . , περὶ πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα τὴν στέρησιν δεῖ τιθέναι. De particulis οὖν, δὲ, δέ eadem ratione positis cf. quae diximus ad 17 b 1.

Lib. II. Cap. 1. Paucis complectitur quae in priori libro tradidit. 53a3 Omnes syllogismi excepto syllogismo negante particulari per conversionem conclusionis plura concludunt. 16 In universalibus syllogismis conclusio valet non solum de termino minore, sed de omnibus quae termino medio et minore continentur: 34 in particularibus valet de omnibus quae termino medio continentur, quamquam per eundem syllogismum de his nihil concluditur.

53a15 *αὐτῆ μὲν οὖν . . .* Conclusionis conversio causa est, ob quam plura concluduntur, omnibus syllogismis communis.

53a17 *συμπεράσμα* non significat conclusionem, sed terminum ad quem tendit conclusio, *πρὸς ὃ συμπεράσσεται*. — Idem syllogismus, ait, pertinet ad omnia quae sive medio sive minori termino subiecta sunt.

53a24 *ὁμοίως δὲ καὶ . . .* Namque concluditur *A* non praedicari de iis quae terminus *B* et quae terminus *Γ* complectatur.

53a29 *οὐ δῆλον διὰ τοῦ . . .* Si *E* inest in termino *A*, syllogismus quidem quem fecimus vs. 27 non patefacit *B* non praedicari de *E*, sed hoc ita esse conversa propositione maiore apparet.

53a34 Ex universalibus syllogismis non commemoravit secundum figuram secundam, cuius eadem ratio est, nisi quod nihil in eo concluditur de iis quae medio termino subiecta sunt. Causa in promptu est. Syllogismi particulares autem nihil concludunt de iis quae termino minore continentur, de quibus universis ut fieret syllogismus, terminus maior de universis praedicari deberet: nam si propositio maior, cuius locum occupare deberet conclusio, ut colligeretur de iis quae termino minore continentur, est particularis, non fit syllogismus in prima figura (vs. 36 *αὐτῆ* est conclusio quae propositionis maioris loco sumitur): quodcumque vero medio termino subiectum est, de eo valet eadem conclusio, quamquam non per eundem syllogismum; excepti sunt (quod Aristoteles praetermisit) syllogismi II δ', III γ' et ε': nam ut colligeretur in syllogismo II δ' conclusionem valere etiam de iis quae termino medio subiecta essent, propositio maior coniungi deberet cum ea, quae medium terminum de omnibus quae ei subiecta essent praedicari diceret: haberemus igitur utramque propositionem affirmantem universalem in secunda

figura, unde non fit syllogismus. Eadem ratio est syllogismi II β' . In syllogismis III γ' et ϵ' autem, ut conclusio valeret de iis quae termino medio continerentur, propositio maior coniungenda esset cum ea propositione quae terminum medium de omnibus praedicari diceret quae ei subiecta essent, unde non fieri syllogismus apparet, quia in prima figura propositio maior particularis esse nequit.

53 b1 η καὶ ἐν τοῖς . . . Item atque in universalibus syllogismis e non demonstrata propositione maiore concluderetur de iis quae medio termino subiecta sunt.

Cap. 2. E veris propositionibus falsa conclusio fieri nequit, e falsis vera potest. 26 In universalibus syllogismis primae figurae vera conclusio fieri potest e binis falsis propositionibus, sive sunt veris contrariae sive ex parte falsae. 54 a2 Si maior verae propositioni contraria sumitur, minor vera, conclusio vera esse non potest: 18 potest, si maior est falsa ex parte, minor vera: 28 potest vera esse, si maior vera, minor sive contraria verae sive (b2) falsa ex parte. b17 In particularibus syllogismis si maior est sive contraria verae propositioni sive (35) ex parte falsa, conclusio vera esse potest: 55 a4 item si minor falsa sumitur. 19 Si utraque falsa est, sive ex parte maior sive (28) contraria verae propositioni, conclusio vera esse potest.

53 b9 οὐ διότι ἀλλ' ὅτι. Namque concluditur quidem aliquid verum esse neque tamen concluditur verum esse propterea, quod verae sint propositiones ex quibus conclusio facta est. At iam non disserit Aristoteles de ipsa concludendi ratione (de forma syllogismi, quam dicimus), num vera sit an falsa, sed de veritate rerum (de materia), ad quas conclusio pertineat. Tamen quod agit ab arte concludendi minime alienum est: apparet enim e via et ratione qua exempla proponit, quibus veram conclusionem e falsis propositionibus fieri posse doceat, id ei propositum esse, ut patefaciat quales propositiones, etiam si nihil ex iis concludatur, cum quali conclusione stare possint: quod si inventum erit, hanc utilitatem habebit, quod in retexendis syllogismis facile erit perspicere quae propositio falsa sumta esse possit, quae non; e. c. si scimus conclusionem „A de omni C” stare posse cum propositionibus „A de nullo B” et „B de nullo C”, quamquam conclusio rite

facta sit, tamen retexenti syllogismum in ipsas propositiones inquirendum erit, num concedendae sint necne, quum perceptam habeamus veram conclusionem non utique fieri ex propositionibus veris. Unde factum est, ut in his exponendis Aristoteles eam viam ingressus sit, ut primum exemplis allatis ostendat quales propositiones cum quali conclusione stare possint, deinde adiciat quomodo verum e non veris colligi possit.

53 b 12 εἰ γὰρ τοῦ *A* . . . Exemplum habes 113 b 20 τῶ μὲν γὰρ ἀνθρώπῳ τὸ ζῶον ἔπεται, τῶ δὲ μὴ ἀνθρώπῳ τὸ μὴ ζῶον οὐ, ἀλλ' ἀνάκαλιν τῶ μὴ ζῶῳ τὸ οὐκ ἀνθρώπος. Cf. 200 a 19 ἐν δὲ τοῖς γινομένοις ἕνεκά του ἀνάκαλιν, εἰ τὸ τέλος ἔσται ἢ ἔστι, καὶ τὸ ἔμπροσθεν ἔσται ἢ ἔστιν· εἰ δὲ μὴ, ὡσπερ ἐκεῖ μὴ ὄντος τοῦ συμπεράσματος ἢ ἀρχῆ οὐκ ἔσται, καὶ ἐνταῦθα τὸ τέλος καὶ τὸ οὐ ἕνεκα· ἀρχὴ γὰρ καὶ αὐτῆ, οὐ τῆς πράξεως ἀλλὰ τοῦ λογισμοῦ.

53 b 16 μὴ ὅτι δὲ . . . Similiter 144 b 35 μάλιστα ποιητῆς Ὀμηρος ἦν· μόνος γὰρ οὐχ ὅτι εὖ, ἀλλ' ὅτι καὶ μμήσεις δραματικὰς ἐποίησεν.

53 b 17 ἐνός τινος, cf. quae diximus ad 34 a 17.

53 b 23 τὸ οὖν *A* . . . Terminum *A* vs. 12 sqq. eo sensu cepimus, ut non unam rem, sed binas propositiones significet.

53 b 28 ἀλλὰ τῆς δευτέρας, quae omissa sunt in codd. *Ba*, suspicionem movent. Quam facile haec addi poterant apparet ex eo quod 54 a 2—4 explicatur, quomodo de singulis accipiendum sit quod hoc loco universe dicitur; accedit quod haud veri simile est per negligentiam ista omissa esse. Attamen quum etiam Boethius ea retineat, nihil mutare volumus.

53 b 30 Praeponitur conclusio, sequuntur propositiones: *A* ζῶον, *B* λίθος, *Γ* ἀνθρώπος.

54 a 1 ἐπὶ τι ψευδῆς . . . si de omni affirmatur quod non nisi de aliquo praedicari debebat vel si de omni negatur quod non nisi de parte negari debebat. Primi syllogismi exemplum hoc est: *A* ἀνθρώπος, *B* λευκόν, *Γ* γιλαστικόν; secundi: *A* ἀνθρώπος, *B* λευκόν, *Γ* ὄρνις.

54 a 7 In syllogismis I α' et β' si falsa sumitur propositio maior eaque contraria propositioni verae, fieri non potest, ut conclusio vera exeat: nam syllogismus qui fit ex propositionibus falsis formae tantum satisfacit, non veritati: quare si propositionibus secundum veritatem sumtis fit syllogismus qui et fer-

mae satisfaciatur et veritati, cuius conclusio autem repugnet ei conclusioni quae provenit ex propositionibus falsis, apparet fieri non posse, ut etiam ex his eveniat vera conclusio. Licet igitur de his syllogismis hanc regulam proponere: Conclusio vera e falsis propositionibus non fit, nisi si ex iisdem propositionibus secundum veritatem sumtis aut nihil concludi potest aut idem quod e falsis (accidit hoc II α' et β'): v. c. in syllogismo I α' , si propositio maior sumitur falsa eaque vero contraria, conclusio vera esse non potest, quia exiude fieret conclusio universalis negans per syllogismum I β' : quae quidem conclusio vera esse non potest, quia adversatur ei quae per syllogismum I α' provenire debet ex iisdem propositionibus secundum veritatem sumtis.

54 a 8, 12 et 13 τὸ ante AB et BΓ Bkk. e codd. reduxit: quod quavis sensum turbare videatur, tamen haud raro sic adiicitur ab Aristotele. 57 b 37, 38, 40, 58 a 27 τὸ certe nihil habet quod offendant; namque in mente habere possumus διάστημα vel simile quid, quamquam haud scio an non cogitandum sit de aliquo substantivo certo: similia nostro loco legimus 215 b 8 ἐν διπλάσιω χρόνῳ τὴν τὸ B δεισιν ἢ τὴν τὸ Δ, ubi B et Δ lineas significant. 231 b 27 τὸ μὲν δὴ Α ἐκινήθη τὸ Ω τὴν τὸ Δ κινούμενον κίνησιν, τὸ δὲ Β τὴν τὸ Ε, καὶ τὸ Γ ὁσαύτως τὴν τὸ Ζ, cf. 232 a 1, 851 a 22. 262 b 10 εἰ γὰρ εἶη ἢ τὸ Ε τῆ Ζ ἴση: quare nostro loco ne hoc quidem offendit, quod vs. 7 dicit τὴν μὲν ΒΓ, vs. 8 vero τὴν δὲ τὸ AB: habemus enim 94 a 31 αὕτη μὲν γὰρ (ἢ γωνία) τῆ Α ἴση, ἢ δὲ τὸ Γ τῆ Β. Quomodo explicanda sit haec loquendi ratio facile intelligitur: nam ἢ τὸ Γ idem est quod ἢ γωνία ἐφ' ἣ κεῖται τὸ Γ, minus accurate vero dicitur ἢ Γ, quia Γ non est angulus, sed signum quo angulus notatur.

54 a 11 οὐδ' εἰ a Buhllo valde reprehenditur, quippe quod sensum plane turbet: nobis quidem negligentiae Aristotelis in scribendo videtur optime convenire: namque quum scriberet οὐδ' εἰ, in mente habuit quae praecesserunt vs. 9 οὐδὲ τὸ συμπέρασμα ἀληθὲς εἶναι δυνατόν, εἰ . . ., postea vero priori orationis parte longiore facta eorum oblitus quae in mente habebat aliam apodosin addidit vs. 13 τὸ συμπέρασμα ψεῦδος ἔσται.

54 b 20 ὄλης post ἐτέρας omittitur et in optimis codicibus et a Boethio et a vet. intp. cod. Gothan. Accidit quod etiam sen-

sus postulat, ut omittatur: etenim notandum est in propositionibus particularibus non idem esse discrimen atque in universalibus, quia propositio universalis, si falsa est, aut vero contraria est (*ὄλη ψευδής*) aut ex parte falsa (*ἐπὶ τι ψευδής*, de qua v. quae diximus ad 54 a 1), particularis vero simpliciter aut vera est aut falsa: nam quum non detur propositio particulari contraria (subcontrariae enim simul verae esse possunt), si sumitur propositio particulari opposita, ea utique sumi debet quae particulari repugnat: in quibus igitur propositionibus de una parte affirmari debet quod de altera negandum est, in eas non cadit discrimen quod in universalibus locum habebat *τῆς ὄλης ψευδοῦς προτάσεως* et *τῆς ἐπὶ τι ψευδοῦς*. Quae quum ita sint, si propositio particularis vera est, ut proferatur propositio falsa (quae semper erit falsa ex parte tantum), universalis sumi debebit quae utrum neget an affirmet non refert: nam utram sumseris, falsa erit ex parte. Item si propositio universalis vera est, ut proferatur propositio ex parte falsa, non refert utrum sumas affirmantem de parte an negantem: nam utramlibet sumseris non ab omni parte verum erit quod dicis, sed ex parte falsum. Haec bene tenenda sunt et hic et in sequentibus, ut vera mens Aristotelis perspicatur.

55 a 14 et 32 Vulgarem lectionem *αὐτοῦ* pro *αὐτοῦ* ex optimis codd. reduximus. Sensus quidem clarior est, si scribitur *αὐτοῦ*, neque tamen servato *αὐτοῦ* ambiguum est quod dicitur, quoniam, si quis dubitaret de utrius generis accidente sermo esset, lecto exemplo quod sequitur dubium tolleretur. Si scriptum exstaret *τοῖς εἶδεσιν αὐτοῦ*, corrigendum putarem *αὐτοῦ*, sed scripsit *τοῖς αὐτοῦ εἶδεσιν* et vs. 32 *τοῖς εἶδεσιν τοῖς αὐτοῦ*. Idem est 59 a 37—40, ubi Iul. Pacius scribendum putavit *αὐτοῦ* et *αὐτῶν*. Occurrunt quidem loci quibus pronomen reflexivum definiti locum tenere videatur (cf. 955 b 24 *ὁ θεὸς ὄργανα ἐν ἑαυτοῖς ἡμῖν δέδωκε δύο*. 684 a 7 *ἀργυτέρους ἔχουσι τοὺς πόδας αὐτῶν πρὸς τὴν πορείαν*), sed definitum pro reflexivo poni usu receptum est Aristotelis: 952 b 17 *καταφανεῖς γὰρ μάλιστα διὰ τῶν τοιούτων* (intell. *τῶν ἐν τῷ κοινῷ εὐταξιῶν*) *καὶ αὐτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις*. 159 b 1 *ἀνάγκη δὲ τὸν ἀποκρινόμενον ὑπέχειν λόγον θέμενον ἥτοι ἔνδοξον ἢ ἄδοξον θέσειν . . . τῶνδ' ἐν τῇ αὐτῷ ἢ ἄλλῳ*. 532 a 7 *ἦν (γλῶτταν) καὶ τὰ ὄστρακώδεσμα ἔχει πάντα*,

ἢ καὶ γέυεται καὶ εἰς αὐτὸ τὴν τροφήν ἀνασπᾶ. 1009b8 καὶ αὐτῶ δὲ ἐκάστῳ πρὸς αὐτόν οὐ ταῦτ' ἀπὸ τὴν ἀλθιησιν ἀεὶ δοκεῖν. 1006b9 ἀνήρηται τὸ διαλέγεσθαι πρὸς ἀλλήλους, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν καὶ πρὸς αὐτόν. 1000a10 πάντες ὅσοι θεολόγοι μόνον ἐφρόντισαν τοῦ πιθανοῦ τοῦ πρὸς αὐτούς, ἡμῶν δ' ἀλιγώρησαν: quare etiam 417b6 retinendum putaverim εἰς αὐτό, quamquam eo ipso sensu accipiendum propter quem Trendelenburgius de an. p. 366 emendandum censuit εἰς αὐτό.

55a15 Res ipsa postulare videtur, ut scribamus τινὲ οὐ vel οὐ παντὶ pro τινὲ: nam termini sunt *A* ζῶον, *B* ἀριθμὸς, *Γ* λευκόν. Syllogismus est quartus figurae primae, cuius propositio miior falsa sumi debet, quod ipse dicit vs. 5 et 19, vs. 15 autem in exemplo, ut solet, propositiones secundum veritatem exhibet ultimo loco ponens eam quae in ipso syllogismo falsa sumitur: maior τὸ ζῶον οὐδενὶ ἀριθμῶ, conclusio τὸ ζῶον οὐ παντὶ λευκῶ, minor ὁ ἀριθμὸς οὐδενὶ λευκῶ, quae in ipso syllogismo mutatur in hanc: ὁ ἀριθμὸς τινὲ τῶ λευκῶ, ut falsa sumatur. Accedit quod exemplum vs. 15 propositum terminis vs. 12 expositis plane respondet, unde apparet verbis τῶ δὲ *Γ* τινὲ μὴ ὑπάρχειν vs. 12 non convenire propositionem τὸ ζῶον λευκῶ τινὲ, sed dicendum fuisse vs. 15 τὸ ζῶον τινὲ λευκῶ οὐχ ὑπάρχει. Miror silentio hoc praeteriisse Iulium Pacium, perspicacissimum Aristotelis interpretem. Codices de vulgari lectione consentiunt, quam cur servandam duxerimus explicabimus ad 56a15.

Cap. 3. In secunda figura verum e falsis cogi potest, 10 si utraque propositio vero contraria est, 16 si altera vero contraria, altera vera, 23 si altera ex parte falsa, altera vera, 38 si utraque ex parte falsa: 56a5 in particularibus syllogismis, si maior vero contraria, minor vera, 18 si maior vera, minor falsa, 32 si utraque falsa.

55b3 In secunda figura vera conclusio e falsis fieri potest quocunque modo propositiones inter se habent: quare Aristoteles exponit quam rationem habere possint in singulis coniugationibus, unde verum e falsis concludere liceat. Quae quidem coniugationes hae sunt. Aut utraque propositio vero contraria est, aut utraque ex parte falsa (aut una vero contraria, altera ex parte falsa — de qua quidem coniugatione ab Aristotele

praetermissa dicemus paullo infra), aut una vera, altera vero contraria, aut una vera, altera falsa ex parte. Eundem hunc ordinem Aristoteles et secutus est cap. 2 et sequetur cap. 4, cf. 56 b 5, 21. Sin autem praeter eas coniugationes, quas modo commemoravimus, non datur alia, apparet verba *καὶ εἰ ἀμφότεραι ἐπὶ τι ψευδεῖς* vs. 7 supervacanea esse: nam in his nihil inest nisi mera repetitio eius quod iam dictum est verbis *καὶ ἐπὶ τι ἑκατέρας* (si utraque propositio falsa sumitur ex parte), quae si ita interpretari velis, ut *ἑκατέρα* non sit „utraque”, sed „alterutra”, ut verba *καὶ ἐπὶ τι ἑκατέρας* non de ea coniugatione dicta sint, quae utramque propositionem habeat ex parte falsam, sed alteram vero contrariam (*ἄλην ψευδῆ*), alteram falsam ex parte, ne haec quidem explicandi ratio admitti poterit, quia de ea coniugatione, qua propositio vero contraria coniungitur cum propositione falsa ex parte, non solum in hoc capite nihil dicitur, sed ne cogitavisse quidem de ea videtur Aristoteles, quippe quam etiam cap. 2 et 4 praetermisit: quare verba *καὶ ἐπὶ τι ἑκατέρας* hunc sensum habere non possunt, ea autem quae uncinis inclusimus vs. 7 e contextu videntur efficienda. Eandem suspicionem movent verba *καὶ εἰ ἢ μὲν ἄλη ψευδῆς ἢ δ' ἐπὶ τι ἀληθῆς*. Etenim primum de his idem dicendum erit quod modo diximus: namque percensuit Aristoteles omnes coniugationes de quibus acturus est in sequentibus, ut ea coniugatio quae his verbis declaratur aut iam commemorata sit in antecedentibus aut in ipsa syllogismorum expositione quae sequitur silentio praetermissa sit. Iam videamus qualis sit coniugatio quae his verbis significetur, siquidem constat ex propositione vero contraria et propositione quae sit *ἐπὶ τι ἀληθῆς*. Nihil dico de ipsis verbis *ἐπὶ τι ἀληθῆς*, quae apud interpretes quidem saepius hunc sensum habeant, apud Aristotelem haud scio an non habeant: namque *πρότασις ἐπὶ τι ἀληθῆς*, cum qua nemo certe erit, opinor, qui conferat quod 19a 38 appellatur *μᾶλλον ἀληθές* (nam magis verum dicitur 19a 38 quod vero propius est s. veri similius quam aliud), nihil aliud est, ni fallor, quam propositio quae, quamquam aliquid veri habet, tamen non integram veritatem profert, h. e. propositio qua de parte tantum praedicatur (sive affirmatur sive negatur) quod de toto praedicari debebat, qualem Aristoteles appellat *ἐπὶ τι ψευδῆ*. Haec autem si coniungitur cum propositione vero contraria (vs. 8), exit ea coniuga-

tio de qua ne verbum quidem ab Aristotele dictum esse supra notavimus. Hoc solum igitur relictum est, ut discrimen quoddam statuamus inter *πρότασιν ἐπὶ τὴ ἀληθείᾳ* et *πρότασιν ἐπὶ τὴ ψευδεῖ*. Quod si admittimus, haud parvam Aristoteli exprobrare debemus negligentiam. Nam si est discrimen, in enumerandis falsarum propositionum coniugationibus tam male versatus est, ut tres plane praetermiserit: nam quum eam solam commemoraverit, qua propositio vero contraria coniungitur cum ea quae est *ἐπὶ τὴ ἀληθείᾳ*, omnino neglexit coniunctionem propositionis *ἐπὶ τὴ ἀληθείᾳ* et cum propositione vera et cum propositione ex parte falsa et cum propositione quae est *ἐπὶ τὴ ἀληθείᾳ*. Quicumque autem tantam negligentiam in Aristotelem conferre non audeat aliunde intrusa esse ista verba non concedere non poterit. — Reliquum est, ut Aristotelem excusemus, quod neglexerit coniugationem propositionis vero contrariae et propositionis ex parte falsae. Quod quamquam non recte ab eo factum esse nemo erit qui neget, tamen de illa coniugatione seorsum agere non opus erat propterea, quod propositio vero contraria continet et complectitur propositionem ex parte falsam, ut propositio universalis particularem et ut propositio simplex possibilem: quare in his similis — quae sit similitudo quam dicimus apparebit ex iis quae dicemus ad 56a5 — lex obtinebit atque ea quam tradidimus ad 26b14 p. 384 init. et ad 38a37, hanc dico. Ex coniugationibus quae alteram propositionem habent falsam ex parte fit conclusio vera, si ex iisdem coniugationibus verum colligeretur sumta propositione vero contraria pro propositione falsa ex parte: unde patet eandem utique esse rationem coniugationum quae ex utraque propositione vero contraria constant et earum quae alteram habeant vero contrariam, alteram ex parte falsam (quarum Aristoteles non fecit mentionem). Accedit quod in omnibus figuris veram conclusionem provenire posse ex altera propositione vero contraria, altera falsa ex parte etiam inde patet, quod in omnibus vera esse potest conclusio et ex utraque propositione vero contraria et ex utraque falsa ex parte.

55b20 τὸ ξῶρον post *ληφθῆ* et 27 τὸ Α post *ληφθῆ* omisimus cum codd. *Bfmun*. Talia enim, quum facilius adiiciantur quam negligentur in scribendo, aliena manu explicationis gratia addita esse veri simile est.

55b23 πρὸς ὁποτέρωυν τεθέντος . . ., sive primo modo sive

secundo fiat syllogismus. Dixit Aristoteles de vera conclusione quae fiat ex altera propositione vera, altera vero contraria, et dedit quidem exemplum verae propositionis affirmantis coniunctae cum falsa propositione negante, praetermisit autem eam coniugationem qua vera propositio negans coniungitur cum affirmante eaque falsa, quod recte notavit Philoponus: neque tamen (quod patet ex iis quae diximus ad 26 a 15, 17, 28 a 3, 40 b 17, 41 b 6: namque Aristoteles et complecti voluit omnes syllogismos qui fieri possent et re vera complexus est) inde colligere licebit quod dicit Zell (p. 217 not.) „Eine absolute Vollständigkeit in der Aufzählung aller Combinationen wurde aber von Aristoteles nicht beabsichtigt“. Quod si verum esset, Aristotelis de rebus logicis doctrina contemnenda esset et pro nihilo fere ducenda; imo quod praetermisit (v. e. c. 31 a 1, 33 a 34, 36 b 3, 53 a 34, 55 b 38, 56 a 5) excusatione plerumque vix eget: scripsit enim ita, ut etiam in praetermittendo quo fuerit ingenii acumine appareat. Nam in syllogismis exponendis eos aut tangit tantum aut praeterit, qui quomodo comparati sint facile appareat ex *ἀναλογία* cum antecedentibus. — Exemplum quod et primo et secundo modo convenit est *A ζῶον, B ἀριθμός, Γ τρίγωνον*, ex quibus, etiam si altera propositio sumitur vero contraria, conclusio fit vera.

55 b 30 *καὶ μετατιθεμένου . . .* nam mutatis in exemplo terminis *B* et *Γ* secundus modus exit.

55 b 38 Bene observavit Philoponus praetermissam esse ab Aristotele coniugationem primi modi, cuius maior propositio sit vera, minor falsa ex parte: mutatis autem terminis huius modo idem exemplum convenit quod modo de secundo proposuit.

56 a 5 Brevior est in exponendis syllogismis particularibus: non omnes coniugationes pertractat quae fieri possunt, si vel altera vel utraque propositio falsa est, sed non nisi de iis agit, ex quibus (quia, si propositio vero contraria admittit conclusionem veram, etiam propositio falsa ex parte, quippe quae illa contineatur, non prohibebit, quominus conclusio vera exeat) coniecturam capere liceat, quomodo res se habeat in reliquis.

56 a 15 Lectio vulgaris, quam neque vet. intp. neque Boethius neque codd. agnoscunt, post δὲ *τινὶ* addit *οὐκ ὑπάρχει*. Sensus quidem hoc requirere manifestum est. Tamen, quum res item habeat ac 55 a 15, ubi negationem addere iavitis codicibus non ausi sumus, quia Aristotelis in scribendo negligentiae

hoc tribui posse videbatur, codicum auctoritatem sequendam duximus: nam propositionibus particularibus nostro loco sensu proprio utitur, ita scilicet, ut quod de parte praedicetur idem de universo praedicari non possit et quod de parte non praedicetur idem non possit praedicari de nullo: unde quod de altera parte praedicetur id de altera parte non praedicetur necesse est. Patet igitur τὸ τιμὴ ὑπάρχειν (non nisi de parte praedicari) idem esse in his quod τὸ τιμὴ μὴ ὑπάρχειν: difficultas enim sic tollitur, ut τὸ τιμὴ non significet τὸν καταφατικὸν ἐν μέρει προσδιορισμὸν, sed universum τὸν ἐν μέρει προσδιορισμὸν et affirmantem et negantem (idem habuimus 27b19). Quod si cui displiceat, et 56a15 servandum erit οὐχ ὑπάρχει et adiciendum erit οὐ 55a15. Similis negligentia est, quod μὴ omissum est 25b8, de quo v. quae diximus ad 25a37 extr. Item 64a38 κατάφασις non significat propositionem affirmantem, sed propositionem, in qua alterum de altero simpliciter praedicetur, sive affirmantem sive negantem.

56a24 ἀληθῆς post πρότασις omisimus et meliores codices secuti et similitudinem eorum quae habemus 57a23.

56a34 Buhle hunc locum corrigere voluit fretus et Philoponi auctoritate et ipsa re, qua aliam lectionem praeter eam quam ipse proposuit non admitti contendit. Sed quae dicit Philoponus aut corrupta sunt aut ita perplexa, ut altero interprete φιλοπόνῳ indigeant: nam exemplum quod affert rei quam illustrare vult parum convenit, imo plane repugnat. Quamquam autem exemplum non quadrat, eandem lectionem eum habuisse quam nos patet ex iis quae dicit schol. 188b33—35. Mirum est quod cod. n addit exemplum simillimum ei quod Philoponus habet, neque tamen quidquam mutat in contextu, unde a Philoponi perversitate fluxisse suspicor quodcunque in libris mutatum est de lectione vulgari, e. g. id quod dedit Boethius „siquidem contingit A et B et C, huic quidem omni illi vero nulli inesse”. Quod vero dicit Buhle rem ipsam aliam lectionem non admittere, verba sunt.

Cap. 4. In tertia figura, 9 si utraque propositio vero contraria sumitur, 20 vel utraque ex parte falsa, 33 vel altera vero contraria, altera vera, 57a9 vel altera vera, altera falsa ex parte, fit conclusio vera primis duobus modis. 29 Idem termini etiam reliquis modis conveniunt. 36 Paucis complecti-

tur quod colligitur ex iis quae praecesserunt. b3 Si B necessario sequitur ex A, idem etiam ex non A necessario sequi non potest.

56 b 8, cf. quae diximus ad 49 a 5.

56 b 37 τοιούτων longe rectius quam τούτων: namque nihil demonstrat Aristoteles de iis ipsis terminis quos proponit (cf. 49 b 33 sqq.), sed hanc conclusionem provenire ostendit, si termini tales sint quales in exemplo proposuit.

57 a 1 Verba μέλαν - κύκνος - ἄψυχον non ab eadem manu perfecta esse qua scripta sunt quae proxime antecesserunt facile intelligitur: nam modo dictum est manere eosdem terminos, etiam si minor falsa sit et maior vera; tamen alii termini illico adiciuntur, quos ex Alexandri — hic enim non sine causa Aristotelem reprehendit, quod etiam huic modo eosdem terminos convenire opinatus sit — commentario deperdito, in quo hoc exemplum legebatur, quamquam diverso terminorum ordine μέλαν - ἄψυχον - κύκνος (nam hoc ordine terminorum etiam Aristoteles in tertia figura uti solet), petitos esse apparet ex schol. 189 a 5 — 11. Boethius autem eundem exhibet terminorum ordinem: „nigrum, inanimatum, cygnus”.

57 a 4 Omisimus μὲν post κύκνω cum codd. Bfwi et Boethio: solet enim omitti ab Aristotele in exemplis quae affert, v. 56 b 13, 29 al. Accedit quod μὲν alieno loco intrusum est: nam ut sibi responderent μὲν . . . δέ, non scribendum erat κύκνω μὲν παντὶ ζῶον, sed ζῶον μὲν παντὶ κύκνω.

57 a 23 δέδεικται, v. 54 a 1: nam si in secundo syllogismo primae figurae utramque propositionem sumimus falsam ex parte, plane easdem propositiones habebimus.

57 a 33 οὐδὲν γὰρ διαφέρει . . . Conclusio quum non pendeat e veritate vel falsitate propositionum, sed e modo praedicandi qui in iis obtinet, eadem erit, sive pro vero sumitur quod ex parte falsum est sive quod vero contrarium: quare non refert utrum quod de nullo praedicari debeat an quod de aliquo sumamus praedicari de omni: nam utique sumimus propositionem affirmantem de omni. Item sumimus propositionem de omni negantem, sive secundum veritatem affirmari debet de non omni sive etiam de omni. Sin autem ex iisdem propositionibus sive veris sive falsis eadem conclusio provenit, iisdem terminis uti licebit et in universalibus et in particularibus syllogismis, hoc solo discrimine, ut quod in particularibus ex parte falsum sumatur id in universalibus vero contra-

riam sit. — Praeterea notandum est, quod Aristoteles liberius utitur genitivis absolutis: expectabas enim, ut diceret τὸ μηδενὶ ὑπάρχον παντὶ λαβεῖν ὑπάρχειν καὶ τὸ τινὶ ὑπάρχον. . . Similia habemus 148 a 3 ὄραν δὲ καὶ εἰ μὴ λεγομένου κατὰ στέρησιν στέρησει ὠρίσατο. 764 a 15 εἰ γὰρ πεπλασμένων τῶν ζώων, τοῦ μὲν τὰ μόρια ἔχοντος τὰ τοῦ θήλειος πάντα, τοῦ δὲ τὰ τοῦ ἀρσένου, καθάπερ εἰς κάμινον εἰς τὴν ὑστέραν τεθείη. 783 b 2 πρεσβυτέρων γιγνομένων τοῖς μὲν τρίχας ἔχουσι σκληρότεραι γίνονται αἱ τρίχες, τοῖς δὲ . . . 904 a 23 διὰ τί τῆς φωνῆς . . . φύσιν ἐχούσης ἄνω φέρεσθαι μᾶλλον ἔστιν εὐήκοος ἀνωθεν κάτω ἢ κάτωθεν ἄνω; 892 a 10 ἤδη γεγεννημένων περιῶνται μικροῦς ποιεῖν. 1306 a 3 καὶ ἐλθόντων διεστασίασεν αὐτοὺς πρὸς τοὺς εὐπόρους. 711 a 21 πᾶσιν ὅσοις ὑπάρχει κατὰ φύσιν ἢ κατὰ τόπον μεταβολὴ τοῖν σκελοῦν, ἐστῶτος μὲν ἐκάστου τὸ βᾶρος ἐν τούτῳ ἔστί (expectabas ἐστῶτι), κινουμένους δ' εἰς τὸ πρόσθεν δεῖ τὸν πόδα τὸν ἠγούμενον τῇ θέσει κοῦφον εἶναι. De coel. 312 b 17 φέρεται δὲ κάτω τὰ δύο ὑποσπωμένων.

57 b 1 Explicatur cur conclusio vera, quamquam fieri possit e falsis propositionibus, tamen non necessario ex iis proveniat. Et enim si eadem conclusio vera quae necessario colligitur e veris propositionibus etiam e falsis fieri potest, sequitur e falsis non concludi necessario, quia non idem manare potest e repugnantibus, h. e. quia idem colligi non potest ex A et ex non A (vs. 3 sqq.): hoc igitur est quod Aristoteles in sequentibus demonstrat. Iam singula explanemus. Si A et B ita habent (vs. 1), ut B sit necessario, si sit A, sequitur non esse A, si non sit B (cf. 53 b 13), non sequitur esse A, si sit B. Fieri autem nequit (vs. 3—6), ut unum et idem, e. g. B consequatur, et si ponamus esse A et si ponamus non esse A. Hoc igitur ut demonstratur, duo sunt quae Aristoteles in mentem nobis revocat: unum est forma syllogismi hypothetici quam ὡς ἐν τύπῳ hic adiicit (vs. 6—9) — ponamus B esse magnum, si A sit album, et Γ esse non album, si B sit magnum: sequitur Γ esse non album, si A sit album; alterum est quod iam commemoravit vs. 2, necessario non esse A (vs. 9—11), si B non sit, ita scilicet habentibus terminis, ut sit B, si sit A. Haec si tenemus, facilia sunt reliqua: consequitur enim conversa propositione maiore syllogismi hypothetici quem habuimus A non esse album, si B non sit magnum (vs. 11):

sin autem necesse est B esse magnum, si A album non sit (vs. 12) — nam quum posuerimus vere et necessario concludi B esse magnum, si A sit album, deinde autem fieri posse sumserimus, ut etiam e falsis propositionibus vera conclusio necessario proveniat, concedere debebimus, quod necessario concludi possit B esse magnum, etiam si A album non sit — efficitur ex his propositionibus ad syllogismum hypotheticum qualem supra habuimus coniunctis B esse magnum, si B magnum non sit, quod absurdum est (vs. 13 sq.). Habuimus enim (vs. 14—17) A necessario non esse album, si B non sit magnum; si igitur (quod deinde sumimus) B est magnum, si A album non est, B esse magnum, si non sit magnum, colligitur ὡς διὰ τριῶν (quod non recte explicuit Philoponus), h. e. eodem modo cogitur per duos terminos AB atque per tres terminos $AB\Gamma$ syllogismus hypotheticus quem exposuimus vs. 6—9. Cf. quae diximus ad 44b6.

Cap. 5. Circulo demonstratur, si altera propositio concluditur ex conclusione coniuncta cum altera propositione conversa. 32 Vere non demonstratur circulo nisi per terminos qui inter se convertuntur, 58a15 sed ne per hos quidem aliter demonstratur, quam ut pro concessio sumatur quod ad demonstrandum propositum sit. 21 Secundo modo primae figurae utraque propositio demonstratur circulo, sed diverso modo. 36 In particularibus syllogismis maior non demonstratur, minor demonstratur, sed alia ratione in quarto modo atque in tertio.

57b18 Respicit ad hunc locum 73a14 sqq., qui locus cum nostro conferendus est inde a 72b32.

57b25 Dedimus ὑπάρχον pro ὑπάρχειν, de quo v. quae diximus ad 35a16.

58a14 ὡς πρότερον εἶπομεν, conversis propositionibus quas convertere non licet.

58a15 τούτοις, h. e. τοῖς ἀντιστρέφουσιν.

58a22 Restituimus quod meliores codices praebent omnes ὑπάρχειν pro ὑπάρχον.

58a27 οὐκέθ' ὁμολῶς ἀντιστρέπτειν . . . Ut demonstremus propositionem $B\Gamma$, non item convertenda erit propositio AB atque modo convertimus propositionem $B\Gamma$ (integram enim convertimus), ut demonstretur AB : nam ut cogatur B praedicari de omni Γ , sumendum est B praedicari de eo omni, de quo

nullo praedicetur *A*: hoc vero non est demonstrare, sed sumere quod demonstrari debeat, quoniam id de quo nullo praedicatur *A* nihil aliud est quam *Γ*: discrimen certe non in re est, sed in verbis.

58 b 7 Codices praebent *διό*, nos scripsimus *δι' ὅ*, quod sensus aperte postulat: nam ineptum esset, si Aristoteles diceret „Propositio universalis demonstrari nequit, quia iam antea hoc diximus”, imo „demonstrari nequit ob eam causam quam supra indicavimus”: v. vs. 29 *διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἦνπερ εἶπομεν καὶ πρότερον*. Iul. Pacius recte vertit „ob id quod”, neque tamen correxit *δι' ὅ*, quod iure emendavit Buhle. Idem est 938 b 1 *ἣ δὲ αὐτὴ αἰτία καὶ δι' ὅ τι τὰ ἐλώδη τοῦ χραιῶνος ψυχρά*, ubi *διότι*, quod Bkk. dedit e codd., ferri vix poterit. Sic etiam 954 a 9 scribendum erit *δι' ὅ τι δὲ οὐδὲ πάντες οἱ μελαγχολικοὶ σκληροὶ . . . ἄλλος λόγος*: nam loco valde simili 854 b 19 dicitur *ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ διὰ τι τὸ ἐπὶ τῆς πλευρᾶς φερόμενον ἐλάττω διεργεῖται*: quare scribendum videtur *δι' ὅ τι*, si interrogetur *διὰ τι*; cur aliquid fiat, *διότι* (quoniam), si causa vel ratio afferatur, ob quam aliquid factum sit. Quod si verum est, 849 b 21 legendum erit *δι' ὅ τι δὲ τὰ μὲν μείζω ζυγὰ ἀκριβέστερά ἐστι τῶν ἐλαττόνων φανερόν ἐκ τούτων*. 752 a 9 *δι' ὅ τι μὲν οὖν τὰ μὲν μονόχροα τὰ δὲ δίχροα τῶν φῶν εἴρηται*. Idem est de coel. 270 b 1, 26 et 736 a 36, ubi Bkk. dedit *δι' ὅτι*, quamquam 744 b 10 recte habet *δι' ὅ τι*. Interdum etiam *διότι* nihil aliud significat quam simplex *ὅτι* (quod), cuius rei duo exempla dedimus ad 16 a 16: frequentiora sunt in Topicis: 110 b 2, 122 a 23, 128 b 32, 134 b 10, 13, 154 b 28, 155 a 3, 160 b 37.

58 b 8 sq. Reiecta lectione vulgari, quam etiam Biese probavit (v. I. p. 192 not.), pristinam restituimus ex optimis codicibus et ex intp. cod. Goth.: nam satis manifestum est id quod vulgo legebatur ab iis profectum esse qui Theophrastum secuti sint. Interpres anonymus (schol. 189 b 43) docet syllogismos quales et hic habemus et 58 a 30, b 37 a Theophrasto appellatos esse *συλλογισμοὺς κατὰ πρόσληψιν*, non ab Aristotele: etenim ex eo quod dicit *ὅπερ Θεόφραστος καλεῖ κατὰ πρόσληψιν*, colligi poterit non ab Aristotele illud nomen his syllogismis inditum esse: quare alienum esse debet a nostro loco. Accedit quod in iis quae sequuntur *πρόσληψις* eo sensu posita non occurrit, quamquam hac voce, praesertim quum nova sit, certo

usus esset Aristoteles ubi de talibus syllogismis agit, si ipse novo sensu in linguam graecam eam induxisset: imo alium sensum habet *προσλαμβάνεσθαι* 58 b 27, 59 a 12 et 22: dicitur enim de propositione quae conversa sumitur, quamquam non conversa data sit. Eundem sensum verbi *προσλαμβάνεσθαι* iam habuimus 42 a 34. Neque Philoponi auctoritate lectio vulgaris defendi poterit: nam quod adiicit (schol. 190 a 31) *εἰ μὴ ἄρα διὰ προσλήψεως κάλιν*, ex eo minime licebit elicere, quod in contextu aliquid habuerit de *προσλήψει*, siquidem et haec verba et quae habentur schol. 190 a 40 *ἀλλὰ διὰ προσλήψεως μόνῃ ἢ ἐλάττων δεικνύται* Philoponi sententiam exprimere videntur, quippe quae non addiderit, ut Aristotelem explicaret, sed ut quod de hac re ipse sentiret exponeret: sed ne si recte quidem colligeretur ex iis quae Philoponus dicit lectionem vulgarem eum habuisse, sequeretur hanc lectionem esse probandam, quum veri simile sit locum corruptum esse pluribus saeculis ante Philoponum ab iis qui Theophrastum sectarentur. — Reliquum est, ut explicemus quod in contextum recipimus. Quarto modo figurae primae demonstratur propositio minor, si maior convertitur, *ὡς κατὰ τῶν καθόλου*, h. e. item atque factum est in secundo modo qui a quarto non nisi eo differt, quod et conclusionem et propositionem minorem habet universales, quas modus quartus habet particulares: quare secundum modum licebit dicere *καθόλου* respectu habito modi quarti. Vox *ἀντιστραφῆ* non debuit premi (item 22 a 39 *ἐναντίας* appellavit propositiones quae proprie non dicuntur contrariae: tamen hac voce usus est, ut quid sibi vellet facilius intelligeretur): verum in secundo modo non convertebatur propositio *AB*, sed reducebatur ad hanc: *ᾧ τὸ Α μηδενί, τὸ Β παντὶ ὑπάρχει*, quod, quum idem efficiat quod in reliquis conversio, hoc loco conversionem vocat. Quod dicit est hoc. Demonstratur propositio particularis, si propositio *AB* eadem ratione transformatur atque factum est in secundo modo. Accedit quod 59 a 30 *ἀντιστρέφειν* eundem sensum habet: dicit enim propositionem *τὸ Α μηδενί τῷ Γ ὑπάρχει* non aliter posse converti quam in hanc: *ᾧ τὸ Α τινὶ μὴ ὑπάρχει τὸ Γ τινὶ ὑπάρχει*, si quis sexto modo figurae tertiae propositionem minorem circulo demonstrare velit. Si cui displicet quod *ὡσπερ κατὰ τῶν καθόλου* de modo secundo intelligendum putaverimus, quum non accipi possit nisi de conversione

propositionum universalium, unde nostram lectionem falsam esse pateat, hoc certe nobis dabitur, ista verba vs. 8 eadem ratione explicanda esse atque vs. 37 *δειχθήσεται ὡς καὶ ἐπὶ τῶν καθόλου*, quae de ea demonstrandi ratione quam habuimus 58 a 31 dicta esse patet ex iis quae addit vs. 38: quare qui lectionem vulgarem probat hanc difficultatem habebit, quod, quum vs. 8—10 eadem ratione explicandos esse appareat atque vs. 34—38, in illis dicat Aristoteles *ἐὰν ὁμοίως ἀντιγραφή ὡσπερ καὶ τῶν καθόλου, οὐκ ἔστι δεῖξαι*, in his vero *ὁμοίως δειχθήσεται ὡς καὶ ἐπὶ τῶν καθόλου*: aperte igitur sibi ipse contradicit Aristoteles: nos hanc difficultatem habemus, quod vs. 8 demonstrari conversione dicit id ipsum in quo conversionem locum habere negat vs. 34: quod quomodo explanandum sit indicavimus.

Cap. 6. In universalibus syllogismis secundae figurae propositio affirmans non demonstratur, demonstratur negans: 27 in particularibus propositio particularis sola demonstratur.

58 b 15 *οὐ δέκνυται*, intell. *διὰ τοῦτον τοῦ τρόπου*, in secunda figura, in qua, quum conclusio quae, si circulo demonstratur, propositionis alterius locum tenet utique neget, utraque certe propositio, ex qua circulo demonstrandum sit, non erit affirmans: miror Aristotelem non hanc rationem potius attulisse, quod quum in secunda figura conclusio affirmans esse nequeat, ne circulo quidem demonstrari possit propositio affirmans in secunda figura. Quamquam, quominus alia ratione propositio minor primi syllogismi figurae secundae circulo demonstrari possit, nihil impedit: nam quum conclusum sit *τὸ Β κατὰ μηδενὸς τοῦ Γ*, si sumitur *ᾧ τὸ Β μηδενί*, *τὸ Α παντὶ ὑπάρχειν*, consequens est *τὸ Α κατὰ παντὸς τοῦ Γ*: neque tamen Aristoteles hoc videtur perspectum habuisse.

58 b 20 Post *ὑπάρχον* omisimus quod vulgo legebatur *τῷ δὲ Γ μηδενί* optimos codices secuti: namque conclusio quam haec verba significant, quum non convertatur, sed talis sumatur ad demonstrationem qualis facta est, facile intelligitur, etiam si non expressa sit. Idem factum videmus 59 a 8.

58 b 25 *διὰ μὲν οὖν . . .* Demonstratio propositionis maioris primi modi non fit, ut in antecedentibus, ex conclusione et conversa altera propositione, sed praeter has, quia non colligitur *A* non praedicari de *B*, sed *B* non praedicari de *A*, etiam alia de-

bebit assumi: nam ut habeamus quod volumus, assumi debet conversio conclusionis *BA*, cf. 59 a 10 — 12.

58 b 29 πρότερον respicit ad 58 a 39.

58 b 35 Adiecit ἢ τὴν ἑτέραν, ut significet non fieri conclusionem affirmantem, etiam si quis concedat alteram propositionem converti posse in affirmantem.

Cap. 7. In tertia figura non demonstrantur circulo propositiones ex quibus fiunt duo primi modi: 59 a 3 in tertio syllogismo ut in reliquis omnibus propositio particularis sola demonstratur, sed in quarto conversa tantum, 18 in quinto recta, in sexto conversa. 32 Complectitur summam eorum quae tribus capp. exposuit.

58 b 40 οὐκ ἐνδέχεται, intell. διὰ τοῦ τρίτου σχήματος, quod adiecit 59 a 2.

59 a 33 διὰ τε τοῦ τρίτου. Quomodo fiat in tertia figura explicat vs. 35 λαμβάνεται γὰρ . . . Erravit in his Aristoteles: nam quamquam sumitur ϕ τὸ *A μηδενί*, τὸ *B παντί*, quod figurae tertiae speciem habet, tamen non fit syllogismus in tertia figura, imo non fit syllogismus, siquidem non fit syllogismus ubi quod cogi videtur e binis propositionibus (τὸ *A μηδενί* — intell. τῷ *Γ*; et τὸ *B παντί* — intell. τῷ *Γ*) alio termino substituto efficitur: nam quum concessum esset τὸ *A μηδενί* τῷ *Γ ὑπάρχειν* (58 a 30), propositio minor syllogismi I β' ita demonstratur, ut in locum verborum ϕ τὸ *A μηδενί* substituatur id quod circumscribunt, τὸ *Γ*, propositionis maioris τὸ *A μηδενί* τῷ *B* ratione omnino non habita. Simili modo demonstrare licebit, scilicet si hoc est demonstrare (cf. quae diximus ad 58 a 27), propositionem quamcumque, v. e. minorem syllogismi III α', si sumis ϕ τὸ *A τινί*, τοῦτο τῷ *Γ παντί*, vel etiam maiorem, si sumis δ τῷ *B τινί*, τῷ *Γ παντί ὑπάρχειν* vel ϕ τὸ *B παντί*, καὶ τὸ *A παντί ὑπάρχειν*.

59 a 37 διὰ τοῦ πρώτου, v. 58 b 23.

59 a 38 καὶ τοῦ ἑσχατοῦ, quod dictum est de syllogismo quem exposuit 58 b 33—38, de quo idem valet quod modo exposuimus ad vs. 33.

59 a 40 οἱ μὴ δι' αὐτῶν. Eos syllogismos intelligit quorum ipsa conclusio converti debet (quos exposuit 58 b 22 — 27 et 59 a 6 — 14). Hos ait aut non demonstrari circulo aut imperfecte. Particula ἢ „aut certe” (cf. 58 b 35) restringit quod dictum est,

ut saepius apud Aristotelem, v. 1340b24 *Ἐν γὰρ τι τῶν ἀδυνάτων ἢ χαλεπῶν ἔστι μὴ κοινωνήσαντας τῶν ἔργων κριτὰς γενέσθαι σπουδαίους.*

Cap. 8. Conversio syllogismi fieri dicitur, quum altera propositio tollitur per syllogismum posita propositione quae conclusioni contraria est, 25 vel posita quae repugnat. 37 In particularibus syllogismis primae figurae si sumitur repugnans, utraque propositio tollitur, si contraria (subcontraria), neutra.

59b1 De verbo ἀντιστρέφειν v. quae diximus ad 25a6.

59b5 εἰ γὰρ ἔσται, h. e. εἰ γὰρ οὐκ ἀναιρεῖται ἢ λοιπή.

59b17 οὐκ ἔστιν ἀνασκευάσαι καθόλου. Quod propositioni maiori contrarium est conversione syllogismi probari nequit.

59b21 Dedimus ἄν, sicut 60a1.

59b39 οὐ γὰρ ἔτι . . . Nam in his non tollitur altera propositio, ut in universalibus syllogismis, in quibus tollebatur etiam particulari sumta propositione eaque conclusioni repugnante: nam conclusio dicitur ἔλλείπειν κατὰ τὴν ἀντιστροφὴν, quum pro universali conclusione sumitur particularis repugnans, quae minus late patet quam contraria, ut de ambitu aliquid ei detractum esse videatur. Res sic se habet. Si in particularibus syllogismis sumitur quod conclusioni contrarium (subcontrarium) est, propositio maior non tollitur, quia e binis propositionibus particularibus omnino non fit syllogismus, minor non tollitur, quia, si fit syllogismus, conclusio particularis est, quae non tollit minorem, quum particularis sit.

Cap. 9. In universalibus syllogismis non cogitur quod propositioni maiori contrarium est, sed quod ei repugnat: cogitur quod minori contrarium est vel quod repugnat, prouti sumitur vel quod conclusioni contrarium est vel quod repugnat. 33 In particularibus, si ponitur quod conclusioni contrarium est, neutra propositio tollitur; si quod repugnat, utraque.

60a16 ἀνελεῖν ἐναντίως, tollere propositionem conclusione facta quae ei contraria est.

60a27 Erit fortasse quem turbet oppositio membrorum quam μὲν . . . δέ indicant, quum et quod propositioni *AB* repugnet concludatur et quod propositioni *AT*, ut utriusque plane eadem ratio esse videatur. Cur igitur opposuit alteram alteri? Res sic se habet. Dixit propositionem maiorem non ita tolli posse, ut co-

gatur quod ei contrarium sit, sed utique colligi quod ei repugnet. Aliam regulam tradidit de propositione minore: banc enim dixit tolli per contrariam, si conclusio sumta sit contraria, per repugnantem, si repugnans. Ad hanc igitur diversitatem respiciens dicit propositionem AB quidem item atque in antecedentibus (vs. 25) per repugnantem tolli (namque non tollitur nisi per repugnantem), propositionem $A\Gamma$ vero tolli per repugnantem, non item atque in antecedentibus: nam vs. 23 conclusum est quod propositioni minori contrarium est (A praedicari de omni Γ), nunc vero (vs. 30) concluditur quod ei repugnat.

60 a 31 et b 5 Primum et quartum syllogismum commemorat, non exponit.

Cap. 10. In tertia figura, si sumitur quod conclusioni contrarium est, neutra propositio tollitur; si quod repugnat, utraque. 61 a 5 Ex iis quae disputavit colligit in quibus figuris cuiusque syllogismi propositiones tollantur.

60 b 14 et 32 τοῦ B καὶ τοῦ Γ est τοῦ B πρὸς τὸ Γ : namque fit syllogismus quarto (vs. 14) vel tertio (vs. 32) modo secundae figurae, quorum conclusio quum non convertatur, nihil prodest: quare 61 a 3 (οὐδ' οὕτως) ex talibus propositionibus syllogismum fieri omnino negat: namque eum syllogismum intelligit quo tollatur propositio $B\Gamma$.

60 b 16 ἢ τὸ καθόλου . . . Aut utraque propositio particularis erit aut propositio universalis, sive est $A\Gamma$ sive $B\Gamma$, in eo syllogismo, quem iam ad evertendam propositionem alteram exstruimus, minoris locum tenebit, quum propositio AB , quae est conclusio in tertia figura, propositionis maioris locum utique occupare debeat: habet enim terminum maiorem, sive in prima figura fit syllogismus, in qua maior est A , sive in secunda, in qua maior est B . Utrumcunque igitur accidit, conclusio universalis esse non poterit.

60 b 19 Codices consentiunt in lectione ἀντιστρέφονται: non assequor quid sibi velit numerus pluralis, qui haud scio an perfectus sit ab eo qui, quamquam ἀντιστρέφεται invenerit, verbum coniungendum putaverit cum substantivo quod sequitur αὐτοπάσεις: quod quam falsum sit ipsa res docet (v. quae dixit vs. 6—9, 61 a 5): etenim propositiones non convertuntur, sed servantur quales datae sunt, conclusio vero convertitur: quare

comma quod delevimus post *προτάσεις* posuimus ante *αί*. Numerum verbi mutare non ausi sumus: hoc autem videtur unum relictum esse, ut pluralem, si bene habet, de omnibus conclusionibus intelligamus quae in tertia figura fiant.

60 b 22 *καὶ εἰ ἡ ἑτέρα . . .* Adhuc egit de primo modo. Pergit ad quartum, inde a vs. 25 de secundo loquitur, vs. 37 quintum et tertium attingit, vs. 38 sextum exponit.

Cap. 11. Quomodo fiat deductio ad absurdum et quid intersit inter deductionem et syllogismi conversionem. 34 In prima figura propositio universalis affirmans non demonstratur per absurdum, b 10 demonstratur particularis affirmans et 19 universalis negans, ita tamen utraque, ut non quod conclusioni contrarium sit, sed quod repugnet ponendum sit. 33 Demonstratur etiam particularis negans, 39 in qua demonstratione, si sumitur quod conclusioni contrarium (subcontrarium) est, tollitur quod demonstrandum est. 62 a 11 Explicatur cur non sumendum sit quod conclusioni contrarium est, sed quod repugnat.

61 a 19 *δεικνυται μὲν . . .* Expectabas ut pergeret *διαφέρει δὲ . . .* Similiter constructionem inceptam deseruit 8 a 38 *φανερὸν μὲν οὖν*, cui respondent quae sequuntur b 3. 662 a 27 *τὰ μὲν καρχαρόδοντα πάντα ἀνερόωγόντα*: alterum orationis membrum quod in mente habuit adiicit vs. 32, postquam prius membrum in mentem revocavit his verbis: *ἔχουσι δὲ καὶ τῶν ἰχθύων οἱ δηκτικοὶ καὶ σαρκοφάγοι τοιοῦτον στόμα (ἀνερόωγός intell.), οἱ δὲ μὴ σαρκοφάγοι μύουρον. 746 b 16 ἔστι δὲ τὸ πρόβλημα καθόλου μὲν, διὰ τίν' αἰτίαν ἄγονον ἢ ἀρθεῖν ἢ θηλύ ἐστιν*: pergit in constructione vs. 21 *τὰ δ' αἰτία τῆς ἄγοντας ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων πλείω συμβαίνει* (h. e. neque tamen una in omnibus est causa καθόλου): alterum μὲν vs. 21 quid sibi velit videmus 747 a 23 *ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς ἄλλοις γένεσιν, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, κατὰ μέρος ἢ τοιαύτη συμβαίνει πῆρως, τὸ δὲ τῶν ἡμίονων γένος ὄλον ἄγονόν ἐστιν*. Obscurus dixit 772 b 16 *τότε γὰρ συμβαίνει μὲν μόριον μεῖζον τῶν ἄλλων ἔχειν*, cui respondere videntur quae habemus vs. 22 *προσφύεται δὲ μάλιστα . . .* Facilius est quod habemus 690 b 21 *αἴτιον δ' ὅτι τρόπον μὲν τινα ἅμα χειρσαῖος καὶ ἐνυδρός ἐστιν*: nam mixtae sunt duae constructiones, siquidem aut dicere voluit *τρόπον τινὰ ἅμα χειρ-*

σαῖος καὶ ἐνυδρός ἐστιν αὐτὸν τρόπον μὲν τινα γεσαῖος τρόπον δ' ἄλλον ἐνυδρός. Alterum orationis membrum quod habere debebat particulam δέ omnino reticuit 23 b 30, ubi v. quae diximus. — De ἀντιφάσει v. quae diximus ad 17 a 33.

61 a 22 sqq. Discrimen, ait, in eo est quod fit conversio, postquam factus est syllogismus ex propositionibus concessis, deductio ad absurdum non item ex concessione oppositi, ut quae ex alterius arbitrio pendeat, sed sumto opposito utpote manifesto. Obscurius haec dicta sunt: sensus hic est. Primum conversio a deductione ita differt, ut illa binis syllogismis contineatur, haec uno: deinde in conversione, quippe quae probet alteram propositionem falsam esse, dari debet quod conclusioni repugnat, in deductione vero concessione opus non est, sed si non datur conclusio, sumitur ut manifestum quod conclusioni repugnat (v. 62 a 13—17): nam qui negat conclusionem, ab eo non petimus ut concedat quod conclusioni repugnet, sed hoc iam sumimus ipsi, quippe quod manifesto sit id quod ille verum esse contendat. Hoc quidem est discrimen quod Aristoteles statuit, sed quod maximum est videtur praetermisisse, ut quod nemo non videat: namque est hoc, quod per conversionem evertitur altera propositio concessa, per deductionem comprobatur conclusio quae iam facta est: conversio consistit in propositione evertenda, deductio longius progreditur, ad conclusionem probandam.

61 a 30 Rectius scripsisset ἢ μὴ παντὶ ἢ μηδενί, ut quae iis responderent quae habuimus vs. 28: syllogismus enim fit aut secundo aut quarto modo secundae figurae; et secundo quidem per absurdum demonstratur *A* praedicari de aliquo *B*, quarto *A* praedicari de omni *B*: secundum igitur, quum in solo quarto colligatur quod volumus, addidit exempli causa: nam qui negat conclusionem *A* praedicari de omni *B* sumat necesse est *A* praedicari non de omni *B*, h. e. aut non nisi de aliquo aut de nullo, quamquam utrum sumendum sit in incerto relinquatur. — Ut facilius intelligantur quae sequuntur, breviter exponamus viam et rationem, qua Aristoteles usus est capp. 11—13 in explicanda deductione ad absurdum. Quum in propositione quae probanda est per deductionem aut alterum de altero universo praedicetur aut negetur, aut de parte praedicetur aut negetur, profert singulas propositiones quae in singulis figuris demonstrandae sunt. Sumit aut quod iis repugnat aut quod

contrarium est, assumit aliam propositionem, quae ita comparata esse debet, ut, si iungatur priori, fiat syllogismus — qui quidem syllogismus si fieri debet in prima figura, propositio assumpta aut incipere debet a termino *B* aut desinere in terminum *A*; si in secunda, incipere debet ab *A*; si in tertia, desinere debet in *B*. Denique id quod cogitur absurdum esse ponitur, unde colligitur falsum fuisse quod ab initio sumtum est.

61a39 Quum in prima figura syllogismum universalem affirmantem non probari per absurdum demonstraturus sit, assumit propositiones, ex quibus cum *AB* coniunctis fieri possit syllogismus in prima figura.

61b7 οὐδ' ὅταν . . . ὑπάρχειν. Facile his careremus, si abessent, quum hanc propositionum coniugationem iam complexus sit vs. 1 ὅποτερωθενούν τῆς πρ. λαμβ., neque tamen propterea e contextu elicienda sunt: nam Aristoteles (quod vidimus ad 36a9) quamquam brevis esse solet, tamen interdum plura dicit quam quae satis sunt: 1295b30 οὐτε γὰρ αὐτοὶ τῶν ἀλλοτριῶν ὥσπερ οἱ πένητες ἐπιθυμοῦσιν, οὐτε τῆς τούτων ἕτεροι, καθάπερ τῆς τῶν πλουσίων οἱ πένητες ἐπιθυμοῦσιν. 920b25 ἐν δὲ τῷ βδεῖν τὸ δξὺ δυνάμεως σημείον. τὸ μὲν γὰρ σφοδρῶς φερόμενον ταχὺ φέρεται, δι' ὃ (διὸ Bkk.) τὸ δξὺ δυνάμεως σημείον. 783b12 τοιοῦτον δὲ τι κάθως καὶ ἡ φαλακρότης ἐστὶν ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅσοις συμβαίνει φαλακροῦσθαι. 740b2 τὸ αἷμα μὲν τροφή ἐστίν, ἡ δὲ καρδία πρώτη γίνεταί ἐναιμος οὐσα, τὸ δ' αἷμα τροφή, ἡ δὲ τροφή θύραθεν. 755b20 νῦν δ' οἱ μὲν ἔχουσι θορικά οἱ δ' ὑστέρας, καὶ ἐν ἀσασιν ἔξω θυοῖν, ἐρυθρίνου καὶ χάννης, αὕτη ἐστὶν ἡ διαφορά· οἱ μὲν γὰρ θορικά ἔχουσιν οἱ δ' ὑστέρας. 760a13 οἱ μὲν γὰρ ἡγεμόνες μεγέθει μὲν ὅμοιοι εἰσι τοῖς κηφήσι τῷ δὲ κέντρον ἔχειν ταῖς μελίτταις. αἱ μὲν οὖν μέλιτται κατὰ τοῦτ' εὐκασίω αὐτοῖς, οἱ δὲ κηφήνες κατὰ τὸ μέγεθος. Ultima quattuor exempla libros de generatione animalium satis levi brachio exaratos esse ostendunt: cf. 724a14 ἀρχὴ δὲ καὶ ταύτης τῆς σκέψεως καὶ τῶν ἐπομένων πρῶτον λαβεῖν περὶ σπέρματος τί ἐστίν. 744a7 ἔπειτα ἐνεργεία γινόμενα ὑστέρον. 747b12 ἀμφοτέρως ἀρῆενος καὶ θήλεος ὅποτερουοῦν ὄντος. — 680b19 κατὰ διάμετρον γὰρ ἂν ἦν διὰ τὸ ὁμοίως δεῖν ἔχειν τὸ ἐνθεν καὶ ἐνθεν, εἰ ἦν ἄρτια καὶ κατὰ διάμετρον. 688a8 ὁ γὰρ κέμπτος ὥσπερ ὁ τῆς χειρὸς

γίνεται ὁ μέγας πέμπτος. 1416 a 8 ἢ οὐ μέγα ἢ οὐκ αἰσχρὸν ἢ οὐκ ἔχον μέγεθος. 1284 a 17 διὸ καὶ τίθενται τὸν ὀστρακισμὸν αἱ δημοκρατούμεναι πόλεις διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν. 1292 b 9 περὶ ἧς τελευταίας εἰπαμεν δημοκρατίας ἐν ταῖς δημοκρατίαις. 1319 a 33 ὅπου δὲ καὶ συμβαίνει τὴν χάραν τὴν θεῖον ἔχειν τοιαύτην ὥστε τὴν χάραν πολὺ τῆς πόλεως ἀπηρτησθαι. 314 b 9 οἰκείος ὁ λόγος αὐτῶν τῇ ὑποθέσει οὕτω φάναι. 349 b 12 ἀνάτους εἶναι διὰ τέλους. 617 b 31 ἀεὶ πᾶσαν ὥραν. 252 b 17 πολὺ δὲ μάλιστα τὸ τοιοῦτον ἐπὶ τῶν ἐμφύγων εἶναι φανερόν. 440 b 3 ὅλως πάντῃ πάντως (μῆτις ἔστι τῶν σωμάτων). 992 b 25 οὐδὲν ὁλον τε προὔπαρχεν γνωρίζοντα πρότερον. 321 b 26 οὐχ ὄπωϋν (nisi legendum est ὄτιοῦν) παντὶ προσγίνεται. 1326 b 27 τὴν ἀταραχεστάτην πᾶς τις ἀν' ἐπανέσειεν. 353 a 25 δι' ὃ τι (διότι Bkk.) μὲν οὔν . . . καὶ διὰ τίν' αἰτίαν ταῦτα συμβαίνει. 366 a 31 διὰ τὸ πλήθος τῆς θαλάττης πολλῆς προσφερομένης. His exemplis allatis non premi debere videntur singula verba, quum Aristoteles dicit 406 a 11 (v. Trendelenbg. de an. I, 3 §. 3) ἐπισκοποῦμεν περὶ ψυχῆς εἰ καθ' αὐτὴν κινεῖται καὶ μετέχει κινήσεως: neque enim quidquam mutandum erit neque in discrimen inquirendum quod habeant τὸ κινεῖσθαι et τὸ μετέχειν κινήσεως.

61 b 11 ὑποκείσθω γὰρ . . . Ut probetur *A* de aliquo *B* praedicari, sumatur quod repugnat. Assumatur, ut demonstratio fiat in prima figura, propositio quae incipiat a termino *B*, ut *B* fiat medius.

61 b 13 ἔστω γὰρ . . . τὸ *A* uncinis inclusimus delete commate vs. 14 post ἀληθές, quo sententia fiat magis perspicua. Sumimus enim, ait, pro vero et concesso *A* praedicari de omni *Γ*: etenim licet talia sumere, quum de via et ratione hic agatur qua fiat deductio, non de veritate rei quae probetur: quare quum, ut concessis repugnet quod concludatur, deductio postulet, ponimus hoc ita esse.

61 b 15 ἐὰν δὲ πρὸς τῷ *A* . . . Namque ut fiat deductio in prima figura, propositio quae cum falsa conclusione ad novum syllogismum coniungitur aut ita sumitur, ut terminus *B* fiat medius, quod habuimus vs. 11 sq., aut ita, ut *A* sit medius. Scripsimus τῷ, quod eodem sensu habetur vs. 23 et 36, codices potiores secuti.

62 a 5 *ψευδής* et 6 *ἀληθής* ut legatur sensus requirere videtur: nam haec verba dicta esse de *ὑποθέσει* quum ipsa res aperte docet, tum maxime quae habentur vs. 7 *ὑπάρχει γὰρ τὸ Α τινὲ τῶ Β*, h. e. re vera enim praedicatur *A* de aliquo *B*. Sed hoc ipsum est quod nos movit, ut alteram lectionem praeferremus: nam ex correctione nata videntur *ψευδής* et *ἀληθής*, ut quae faciliora sint. Buhle reiecit quidem lectionem *ψευδής* et *ἀληθής*, sed locum ita intellexit, ut vix futurus sit qui cum eo consentiat: dicit enim „Male vulgo *ψευδής*, quod referri non poterat ad antecedens *ἀδύνατον*”, vertit autem „falsum enim existeret; cum tamen ex veris falsum colligi nequeat; nunc autem verum est”. Quae quem sensum habeant non asequor. Accedit quod *εἰπερ* reddi non potest per „cum tamen”, quod sensum plane turbaret. — Quod exponitur hoc est. Ut probetur conclusio „*A* non praedicatur de omni *B* s. de aliquo *B* non praedicatur”, sumsit Aristoteles propositionem contrariam (subcontrariam) „*A* praedicatur de aliquo *B*”. Demonstravit per absurdum (61 b 41—62 a 2) hanc falsam esse. Verum erit igitur *A* praedicari de nullo *B*, conclusio autem, quae demonstrari debebat, erat *A* praedicari de aliquo *B* et de aliquo non praedicari: non probavimus igitur quod demonstrandum erat, imo sustulimus: quare non sumendum erat quod sumsimus (intell. propositionem conclusioni contrariam). Deinde (*ἔτι* vs. 4) etiam propterea sumendum non erat, quia quod deductione facta ad absurdum demonstrandum erat (*A* de aliquo *B* non praedicari), id re vera non est consequens eius quod sumsimus (*A* praedicari de aliquo *B*): sumsimus enim quod simul verum esse et stare potest cum propositione quae demonstranda est: sin autem ex ipsa hypothesis colligeretur aliquid falsi vel absurdi, hypothesis falsa esse deberet, siquidem quod falsum est non cogitur nisi e falsis. — Vs. 5 expectabas ut diceret *ψεῦδος γὰρ ἂν ἦν*. Idem est 240 b 27 *μεριστὸν γὰρ ἂν εἴη*.

62 a 13 *ἀξίωμα ἔνδοξον* appellat quod 61 a 25 dixit manifesto verum esse, ut non pendeat ex concessione, sed non dari nequeat.

Cap. 12. *In secunda figura propositio universalis affirmans demonstratur per absurdum, si sumitur quod ei repugnat, non demonstratur, si sumitur quod contrarium est.* 32 *Εα-*

dem ratio est propositionis de parte affirmantis, 37 negantis de toto, 40 negantis de parte.

62a37 ἐπὶ τοῦ πρώτου σχήματος et b24 ἐπὶ τῶν προσηρημένων ad ea respiciunt quae dicta sunt 61b39—62a8.

62a39 ἀλλὰ παντὶ ὑπῆρχεν et b17 ἀλλ' οὐδενὶ ὑπῆρχεν. Haec enim concessa erant, unde patet aliquid absurdi coactum esse. Locum tenent haec verba eorum quae facto syllogismo addere solet τοῦτο δ' ἀδύνατον.

Cap. 13. In tertia figura et propositiones affirmantes 14 et negantes per absurdum demonstrantur. 25 Complotitur quae colligere liceat ex capp. 11—13.

62b11 πρὸς τὸ τιπὶ et πρὸς τὸ μὴ παντὶ. Ut concludatur propositio de parte affirmans, *AB* sumi debet universalis negans, ut concludatur negans de parte, sumi debet universalis affirmans.

62b27 δείκνυται πως. Per absurdum demonstratur in secunda figura propositio affirmans, quae per simplicem syllogismum secundae figurae probari non poterat: item in tertia universalis, quam per simplicem tertiae figurae syllogismum colligere non licebat.

Cap. 14. Discrimen demonstrationis rectae et deductionis ad absurdum. 38 Quod ad absurdum deducitur in prima figura, id recta demonstratur in secunda, si propositio demonstranda est negans, in tertia, si affirmans. 63a25 Quod in secunda ad absurdum deducitur, id recta demonstratur in prima; 40 quod in tertia, in prima demonstratur, si affirmat quod demonstrandum est, in tertia, si negat. b12 Quodcumque igitur per absurdum probatur etiam recta demonstratur et vice versa.

62b32 ἀληθῶν ante λαμβάνουσι, quum et explicationis et oppositionis causa (ψεῦδος vs. 31) intrusum videatur, eiecimus: neque enim verum est τὴν δεικτικὴν ex propositionibus veris utique colligere quod velit: nam demonstratum est capp. 2—4 etiam e falsis fieri posse veram conclusionem; neque verba ἐξ ὁμολογουμένων θέσεων ἀληθῶν ita interpretari licebit, ut significant propositiones quae pro veris concessae sint, etiam si non sint verae: nam in hac re non differunt, sed conveniunt deductio et demonstratio. Unum igitur relictum est, ut dica-

mus discrimen quod expositurus sit ab initio quidem non satis accurate eum definivisse. Dicit enim: altera, quae deducit ad id quod absurdum esse concessum est, sumit quae evertere vult, altera ex concessis argumentatur. Iam videt ipse discrimen non satis accurate expressum esse: quare addit „sumit quidem utraque non nisi ea quae concessa sunt” . . . Quod quum egregie conveniat stilo Aristotelis, facile mihi persuasi vocem ἀληθῶν a contextu alienam esse debere.

62 b 35 Non necesse est ut altera (ἢ δευτικῆ) conclusionem faciat manifestam (nam in secunda et tertia figura conclusio non manifesta est ex ipso syllogismo), neque ut praevideatur qualis conclusio fieri debeat, altera vero concludit quod manifesto falsum est.

62 b 41 Omisimus quae vulgo legebantur ante ὅταν: οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς δὲ σχήμασιν codices secuti et vet. intp. cod. Gothan. Ab interprete quodam haec videntur profecta esse. Verum quidem est particulam γάρ quae sequitur maiorem vim habere, si ista verba servamus, sed ne minima quidem nascitur difficultas, si tolluntur: nam quod de omnibus syllogismis dictum est id iam explicatur in singulis figuris: in quibus exponendis particula γάρ, licet alio sensu posita, suum locum iure tenebit. Praeterea in sequentibus Aristoteles non id agit, ut omnes figuras et modos exponat, in quibus et recta via et per absurdum idem demonstraret: nam saepius ubi pluribus modis idem demonstrare licet non nisi unum commemorat, v. c. contra regulam quam tradit 63 a 1 sq. fit deductio in prima figura, qua probatur propositio negans, quae recta demonstratur in tertia figura, e. c. τὸ *A* τινὲ τῶ *B* οὐχ ὑπάρχει recta demonstratur sexto modo tertiae figurae, ad absurdum deducitur non solum in secunda (quod vult regula), si quod repugnat conclusioni coniungitur cum propositione maiore, sed etiam contra regulam in prima, si sumitur τὸ *A* παντὶ τῶ *B*, τὸ *B* τινὲ τῶ *Γ*, ergo τὸ *A* τινὲ τῶ *Γ*, quod absurdum est: verum est igitur τὸ *A* τινὲ τῶ *B* μὴ ὑπάρχειν. Unde apparet hoc loco non id egisse Aristotelem, ut complecteretur omnes modos et figuras in quibus idem probari posset et deductione facta et demonstratione recta, sed non nisi hoc propositum habuisse, ut quomodo per eosdem terminos idem colligi posset utraque via patefaceret: quare etiam 63 b 12 non figurarum mentionem facit, sed terminos tantum commemo-

rat: unde patet, cur verba *οὐκ . . . σχήμασιν* vs. 41 delenda censuerimus. — Monendum est autem per *συλλογισμὸν* in sequentibus intelligi deductionem ad absurdum (quare etiam ad *δεδειγμένον* 63a7 intell. *διὰ τοῦ ἀδυνάτου*), per *ἀληθῆς* rectam demonstrationem.

63a8 *ἢ μὴ παντὶ . . .* Persequitur hoc vs. 14. Via quam insistit et in his et in sequentibus haec est. Proponit quod demonstrandum est, deinde hypothesis s. propositionem repugnantem, a qua incipere debet deductio, denique propositiones, ex quibus recta demonstratur quod probandum est, quarum altera coniuncta cum hypothesis concluditur quod contradicit altera. Ceterum hunc servat ordinem, ut universales prae particularibus, affirmantes prae negantibus exponat.

63a11 *ὁ συλλογισμὸς καὶ τὸ ἀδύνατον*, h. e. *ὁ συλλογισμὸς τοῦ ἀδυνάτου*, cf. vs. 21, 28, b2: cogitur enim ex hypothesis et altera propositione quod admitti non posse docet altera.

63a16 *καὶ εἰ στερητικὸν . . .* Idem est, si recta demonstratio fit tertio modo secundae figurae: unde apparet propositionem minorem non sumendam esse negantem de parte, sed affirmantem de parte.

63a21, 28, b2 *τοῦτο δέ*, h. e. *τὸ ἀληθῆς*, recta demonstratio.

63a24 Erit fortasse qui cum cod. *n* delenda putet verba *ἢ τὸ A*: significant enim tertium modum tertiae figurae, quem iam innuit vs. 20 verbis *ἢ τινι*, quare vs. 24 hoc unum relictum videtur, ut mentionem faciat quarti modi. Ut retineremus verba *ἢ τὸ A* movit nos tum quod vs. 22 primum modum solum commemoravit, ut haud incommode vs. 24 et tertium et quartum attingat, tum quod similem repetitionem habuimus 61 b7.

63 b12 Demonstravit adhuc quomodo quae ad absurdum deducta sint etiam recta via demonstrantur. Quare iam addit „Manifestum est igitur quod quaecunque per absurdum, etiam recta demonstrantur et quaecunque recta (vs. 14), eadem etiam per absurdum”. Apparet inde quo iure vet. intp. cod. Goth. secuti omiserimus verba *καὶ διὰ τοῦ ἀδυνάτου* vs. 13 post *ἕκαστον*, quae si adiiciuntur, non dicit manifestum esse quod quaecunque ad absurdum deducantur ea etiam recta probare liceat per eosdem terminos, sed manifestum dicit quod fieri possit; ut quod velimus et recta via demonstratur et per absurdum. Quem quidem sensum si admittimus, insulsa inerit repetitio in iis quae dicit vs. 14 *ὁμοίως . . . 15 ὅροις*.

Cap. 15. De propositionum oppositione. 31 *In prima figura non concluditur ex oppositis propositionibus, 40 in secunda concluditur ex oppositis (64a20) et in tertia. 33 Altera propositio aliunde probari solet. 38 Series copulantur propositiones oppositae. 67 Vera conclusio ex iis fieri non potest. 13 E repugnantibus colligitur quod hypothesei repugnat. 17 Ut repugnantia praedicentur de eodem in conclusione, aut pluribus syllogismis opus est aut in ipsis propositionibus inesse debet repugnantia.*

63 b 24 ἀντικειμένας, v. quae diximus ad 11 b 16 extr.

63 b 33 καταφατικός μὲν . . . Negationem additam exspectabas. Simile est quod habemus 746 b 29 ταῖς μὲν οὐ γίνεται καταμήνια, τοῖς δὲ γονή, cf. 1010 b 27, quem locum adscripsimus ad 64 b 26, et 1279 b 1, quem habuimus ad 3 b 13.

63 b 35 ὅτι αἱ μὲν . . . Ex propositionibus repugnantibus non fit conclusio negans in prima figura, quia unum idemque de eodem altero et praedicatur et negatur, quod ipsi rationi, qua propositiones in prima figura coniungi debent, adversatur. Apparet autem hoc idem argumentum ut in negantibus, ita etiam in affirmantibus syllogismis valere.

63 b 40 E repugnantibus propositionibus concluditur in primis duobus modis, in reliquis, quos exemplis non illustrat, sed tangit tantum 64 a 12, ex contrariis, si sumitur $B = I$.

64 a 1 εἰ δὴ πᾶσαν . . . Explicationis gratia haec addita sunt: nam terminus *A*, τὸ ἀγαθόν, consequens est eius quod sumtum est, τοῦ σπουδαίου.

64 a 4 ὁμοίως δὲ . . . Item si sumimus terminos *A* τὸ ἀγαθόν, *B* τὴν ἐπιστήμην, *I* τὴν λατρικὴν (τὴν τινὰ ἐπιστήμην vs. 6).

64 a 10 διαφέρει δὲ . . . Discrimen indicat primi modi et secundi.

64 a 17 ἢ ὅλον πρὸς μέρος: nam quod de toto praedicatur, id de parte negari nequit et quod de parte praedicatur, id de toto negari nequit: quod patefecit per exemplum ἐπιστήμης et λατρικῆς.

64 a 21 διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν, v. 63 b 33.

64 a 24 *A* terminum medium, *B* minorem significat, quod patet ex sequentibus: quare vs. 28, ubi de sexto modo tertiae figurae loquitur, praeferranda erit lectio *BA*, quam optimi codices cum vet. intp. cod. Goth. praebent. Quinti modi non fecit mentionem. Quae autem addidit vs. 30—32 ea et de secunda et de tertia figura dicta sunt.

- 64 a 36 *ἔστι δὲ* . . . Etenim vix erit qui simul concedat et ipsam propositionem et quod ei repugnet, sed alterum interpositis aliis interrogationibus, quae non ad ipsam syllogismum pertinere videantur, eliciendum erit.
- 64 a 37, v. Topic. lib. VIII. Scripsimus *ἐν τοῖς Τοξικοῖς* adiecto articulo, quem Aristoteles in his non omittere solet. Idem habuimus 24 b 12, 20 b 26, cf. 267 b 21, 1062 b 31, 1073 a 32 *ἐν τοῖς φυσικοῖς*. 456 a 29 *ἐν τοῖς προβληματοῖς*. 470 a 18, 747 b 5, 772 b 12, 775 b 37 *ἐν τοῖς προβλήμασιν*. 1369 b 29, 1391 b 21 *ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς*.
- 64 b 3 *ὁμοίως δὲ* . . . Item res se habet in tertia figura, quae non differt a secunda nisi conclusione, si ex oppositis propositionibus concluditur: nam propositiones ipsae sunt eadem, si in secunda (v. tabulam quam dedimus ad 26 b 33) ponitur $B = \Gamma$ et in tertia $A = B$, quod fieri debet, ut propositiones sibi oppositae sint: neque refert utra sumatur maior, utra minor, quoniam terminus maior et minor, quum iidem sint, eandem conclusionem constituunt, etiam si eorum ordo mutatur.
- 64 b 7 Quamquam 57 b 3—17 nihil veri e falsis necessario cogi demonstravit, tamen hanc demonstrationem, si diligentius perscrutaris, non nisi de iis quae veritati repugnent valere perspicies: nam verum e falsis colligi sic expressit per terminos, ut verum e falsis concludi dixerit, si B concludatur et ex A et ex non A . Inde factum est, ut Aristoteles sibi contradicere videatur, quum et verum e falsis colligi posse ostenderit, et necessario id colligi negaverit: quae quidem difficultas quomodo tollatur, ex iis patet quae modo diximus, si colligi quidem potest vera conclusio e falsis propositionibus, ex propositionibus inter se repugnantibus non potest: namque ex iis quae inter se pugnant et se invicem tollunt (v. 9) fit syllogismus qui cum ipsa re pugnat, h. e. qui per se ipsam tollitur, quum nascatur e contradictione (v. 11 sq.), cui iidem termini subiecti sunt. Simul apparet non recte fecisse Aristotelem, quod 57 b 3—17 distinxit id quod colligatur ab eo quod necessario colligatur: nam quodcumque re vera colligatur id eandem habet necessitatem, ut τὸ ἐξ ἀνάγκης συμβαῖνον alium sensum habere non possit, nisi ut significet id quod concludatur ἐκ τῶν οὐκ εἰς ἀρχῶν.
- 64 b 14 *γίνεσθαι τῆς ὑποθέσεως ἀντίφασιν*, quod fieri debet in

deductione ad absurdum. Exemplum manifestum dedit 57 b 16, ubi coegit *B* esse magnum, si non sit magnum.

64 b 16 *ἐναντίος*, intell. τῷ πράγματι sicut vs. 9; v. quae diximus ad 11 b 34. — *τοιανύτας* bene explicat cod. π adiecto *ἀντικειμένως*.

64 b 23 Ante *εἶτα* omisimus verba *καὶ οὐχ ὑπόληψις* lectionem restituentes quam et praebet vet. int. cod. Goth. et prius habuerunt codices *Bn.* Iul. Pacius recte vidit hunc locum sanum non esse. Buhle, qui priorem Organi editionem quam ille instituit ob oculos habuit, alterius, in qua non pauca mutata sunt, rationem non habens dicit „Pacius legendum censuit *εἴ τι* vel *ἢ εἶτα*, cuius mutationis nulla idonea causa est”. Plus semel accidit Buhlio quod hoc loco videmus: facilia ei sunt quae sensum omnino non habent. Loci sententia plana est. Ex uno syllogismo, dicit Aristoteles, non licet colligere *A* esse non *A*, nisi ipsa propositio talis sumatur, e. c. si sumatur *Omne animal et album est et non album, homo est animal, ergo homo et albus est et non albus*. Iam in mentem venit Aristoteli alia conditio, sub qua colligi possit *A* esse non *A*, e. g. si quisumat omnem scientiam positam esse in existimatione quadam, deinde velumat vel aliunde colligat medicinam scientiam quidem esse neque tamen existimatione quadam contineri, unde cogi poterit, quod aliqua scientia non sit scientia: et hac quidem ratione colligere licet *A* esse non *A* neque pluribus syllogismis adhibitis neque altera propositione ita sumta, ut iam in hac ipsa positum sit *A* esse non *A*. Hanc igitur conditionem, sub qua *A* esse non *A* uno syllogismo (quamquam re vera non est unus, sed plures qui faciendi sunt, ut habeamus quod volumus) colligi possit, quum antea non viderit, nunc animadvertens pergit vs. 21 *ἀλλ’ ἢ* . . . „sed aut in ipsis propositionibus sumenda erit repugnantis, etiam si non semper in altera sola, quod factum est in antecedentibus vs. 20 sq., aut per duo syllogismos conficiendum erit quod volumus”. Quod si ea ratione quam modo proposuimus hunc locum explicare nolumus, servatis verbis *καὶ οὐχ ὑπόληψις* tum mera in his inerit repetitio eorum quae modo dixit Aristoteles, tum verba *οὐδεμία δ’ ὑπόληψις* vs. 24 quem sensum habere possint non intelligo: nam si datum est scientiam esse et *A* et non *A*, ut concludatur medicinam esse et *A* et non *A*, opus non est, ut concedatur medicinam non esse

A et esse scientiam, sed satis est, si datur medicinam esse scientiam. Deinde nostram explicationem, quae negligentiori scribendi generi, quo Aristotelem uti iam saepius vidimus, optime convenit, veram esse ostendunt etiam quae sequuntur ὥσπερ οἱ ἔλεγχοι γίνονται. Nam ut deductione facta ad absurdum evincatur non omnem scientiam positam esse in existimatione, sumimus omnem scientiam positam esse in existimatione, deinde medicinam scientiam esse eamque non positam in existimatione vel sumimus, si datur, vel demonstramus: nam verbo λαβεῖν utrumque significatur. — Servata lectione vulgari Iul. Pacius coactus erat, ut iungeret καὶ οὐχ ὑπόληψις cum εἶτα λαβεῖν vertens „et non esse existimationem postea sumere (probare per sequentem syllogismum) ex eo quod . . .” Ingeniose quidem hoc, quamquam nostra explicatio et minus artificiosa videtur et loco magis conveniens, praesertim quum ex propositionibus medicinam esse scientiam neque tamen in existimatione positam esse non cogitur ὅτι πᾶσα ἐπιστήμη οὐχ ὑπόληψις (haec enim notio subiicienda esset verbis καὶ οὐχ ὑπόληψις vs. 24), sed ὅτι οὐ πᾶσα ἐπιστήμη ὑπόληψις, quod ex istis verbis quae e contextu eiecimus elici posse Iul. Pacio concedi vix poterit.

64 b 26 οὐκ ἔστιν, intell. λαβεῖν, quod eliciendum est ex participio ελημμένα quod praecessit. Similia γ. 863 a 19 ποῖα τέμνειν δεῖ καὶ ποῖα καίειν καὶ ποῖα οὐ, ἀλλὰ φαρμάκοις; intell. λατρύειν. 987 b 9 οὗτος μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων ἰδέας προσηγόρευσε, τὰ δ' αἰσθητὰ παρὰ ταῦτα καὶ κατὰ ταῦτα λέγεσθαι πάντα, intell. ἔφη quod e verbo προσηγόρευσε elicitur. 1010 b 27 καίτοι τοῦτο ἀναιροῦσιν οὗτοι οἱ λόγοι ἄπαντες, ὥσπερ καὶ οὐσίαν μὴ εἶναι μηθενός, οὕτω μὴδ' ἐξ ἀνάγκης μηθέν, ubi patet e verbo ἀναιροῦσιν mente repetendum esse verbum asserendi, non tollendi; cf. 1279 b 1, quem locum habuimus ad 3 b 13. 1318 a 22 εἰ μὲν γὰρ ὅ τι ἂν οἱ ὄλλοι, intell. δοξάζωσιν: praecessit enim vs. 20 ὅ τι ἂν δόξῃ τῇ πλείονι οὐσίᾳ. Cf. ib. vs. 33. 753 a 29 συμβάλει τὸ τοιοῦτον εὐλόγως· οὐ γὰρ ῥάδιον τὴν ἀρμόττουσαν πᾶσιν ἀποδιδόναι θερμοσίαν, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐλλείπειν, τοῖς δὲ πλεονάζειν, intell. συμβάλει quod mente repeti potest et ex antecedentibus et ex sequentibus: quare ut locus facilius intelligatur, removendi erunt uncini, quos Bkk. adhibuit. 687 a 31 τὰ μὲν γὰρ ἄλλα μίαν ἔχει βοήθειαν καὶ μεταβάλλειν ἀντι

ταύτης ἐτέρων οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἀναγκαῖον ὥσπερ ὑποδεδεμέ-
νον εἰ καθεύδειν καὶ πάντα πράττειν . . . τῷ δὲ ἀνθρώπῳ
τάς τε βοηθείας πολλὰς ἔχειν καὶ ταύτας εἰ ἔξεστι μεταβάλ-
λειν, et 1449 b 6 τίς δὲ πρόσωπα ἀπέδωκεν ἢ προλόγους ἢ
κλήθη ὑποκριτῶν καὶ ὅσα τοιαῦτα ἡγνότηται. τὸ δὲ μύθους
ποιεῖν Ἐπιχαιρῶς καὶ Φόρμις. In mente habuisse videtur ver-
bum quod sequitur: quod ultimo loco est ἤρξεν. Cf. etiam
quae colligemus ad 65 b 1.

*Cap. 16. Quid sit petitio principii. 65 a 10 Fit in primo
syllogismo figurae primae, si propositio maior, 19 vel minor
non magis certa est et manifesta quam ipsa conclusio. 26 Item
fit in reliquis figuris et in affirmante et in negante syllo-
gismo.*

64 b 28 Quid sit αἰτεῖσθαι exponit 76 b 31 ἂν δὲ ἡ μηδεμίᾳς
ἐνούσης δόξης ἢ καὶ ἐναντίας ἐνούσης λαμβάνη τὸ αὐτὸ αἰ-
τεῖται. καὶ τούτῳ διαφέρει ὑπόθεσις καὶ αἴτημα· ἔστι γὰρ
αἴτημα τὸ ὑπεναντιον τοῦ μανθάνοντος τῇ δόξει, ἢ ὃ ἂν
τις ἀποδεικτὸν ὄν λαμβάνη καὶ χρῆται μὴ δεῖξας. — Qua-
tenus petitio principii ad dialecticam pertineat exponit 162 b 31
sq. — Numeranda est, ait, petitio principii in demonstratio-
nibus quae non conficiunt quod volunt, continetur demonstra-
tione quae non probat quod propositum est, sicut speciem
genus complectitur. Buhlio oratio videbatur durior, ut dubi-
taret num locus sanus esset, neque tamen quod mutari vellet
indicavit.

64 b 32 De iis quae dicantur ὕστερα et πρότερα in demonstra-
tione v. quae diximus ad 14 a 26.

64 b 36 Dedimus μὴ τὸ ex codd., quum vulgo legeretur τὸ μή,
de quo v. quae diximus ad 4 b 22.

64 b 40 Servavimus lectionem Bkki ἐκείνου, quam primus in-
vitis codicibus dedit Iul. Pacius, quum sensus eam aperte
postulet: nam δι' ἐκείνου est διὰ τοῦ ἐξ ἀρχῆς coll. 65 a 2 sq.
Numerus pluralis ἐκείνων inde videtur natus esse, quod prae-
cessit κερυκῶτων et sequitur διὰ τούτων. Nostram lectio-
nem etiam vet. intp. cod. Goth. habet.

65 a 1 δεικνύοι ex codd. restituimus pro δεικνύοιτο. Idem ha-
betur vs. 17. Subiectum orationis additum est vs. 4 τοὺς οὕτω
συλλογιζομένους.

65 a 4 ὅπερ ποιούσιν. Admittunt hoc vitium in demonstrando
I.

qui lineas aequidistantes ita ducendas esse docent, ut aequales sint ii anguli, quorum aequalitas demonstrari non potest nisi ex eo quod lineae sumuntur aequidistantes.

65a 10 Tenendum est Aristotelem exponere quomodo fiat petitio principii in prima figura. Si in syllogismo, quo cogitur A praedicari de Γ per medium terminum B , propositio maior AB non magis certa et manifesta est quam conclusio $A\Gamma$, non recte demonstratur $A\Gamma$ per propositiones AB et $B\Gamma$. Si igitur (vs. 14) termini B et Γ ita se habent, ut sint iidem, sive permutari possint inter se sive alter alterum complectatur — non recte hoc intellexit Iul. Pacius qui dixit aut B idem esse quod Γ aut cum eo permutari posse aut de eo praedicari: apparet enim e vs. 22 verbis ὡς τὸν εἶναι vs. 14 non significari tertiam quandam rationem terminorum B et Γ , sed eam rationem, qua continentur reliquae quae per $\eta \dots \eta$ adiectae sint. B et Γ , ait, sunt iidem aut ita, ut alter ponatur pro altero sine discrimine, aut ita, ut alter in altero insit sicut in genere species. Quid sit cur Zellius ἐννὰ ὁρᾷ quam ὑπάρχει vs. 15 legere maluerit, equidem non intelligo: res certe plane eadem manet — assumpta propositione AB fit syllogismus in quo admittitur petitio principii. Namque si permutari possunt B et Γ , propositionem AB per $A\Gamma$ et ΓB item demonstrare licebit atque demonstravimus $A\Gamma$ per AB et $B\Gamma$, quum propositio $A\Gamma$ neque magis neque minus manifesta sit quam AB , ut liceat sumere $A\Gamma$, si liceat AB . Iam vero (vñv δὲ vs. 17, h. e. εἰ μὴ ἀντιστρέφει) si B et Γ permutari nequeant, quia alterum altero latius patet, hoc quidem (τοῦτο, h. e. τὸ μὴ ἀντιστρέφειν), quia propositio ΓB particularis esse debet, prohibet, ne propositione AB demonstrata per $A\Gamma$ et ΓB fiat petitio principii, ipsa demonstrandi ratio non prohibet. Qui vero conversionem facit (vs. 18) principii petitionem admittit et conversione facta per tria (cf. vs. 1—3, ubi litteris $AB\Gamma$ propositiones significantur) conclusionem reducit ad id per quod demonstrata est: nam si ponitur propositio AB , adiuncta propositione $B\Gamma$ consequitur $A\Gamma$; si $A\Gamma$, adiuncta propositione ΓB revertimur ad AB . — Particulam ὡς post ἀντιστρέφει vs. 19, quam neque Philoponus videtur habuisse neque habuit Boethius, quibuscum vet. intp. cod. Goth. et optimi codices conspirant, omisimus.

65a 19 Sin autem propositio $B\Gamma$ non magis certa est et mani-

festa quam conclusio *ΑΓ*, dicendum erit de propositione *ΑΒ* quod modo diximus de *ΒΓ*. Reliqua sunt eadem. Verbum *αἰτεῖται* vs. 21 post *ἀρχῆς* omisimus cum codd. *Βανυς* et *vet.* intp. cod. Goth., quippe quod facile eliciatur e verbo praecedente *λαμβάνοι*. — *κἄν εἰ* satis frequenti usu ab Aristotele ita coniunguntur, ut ex iis quae praecesserunt mente repetendum sit id ad quod particula *κἄν* respiciat. Cf. ad 13 a 25. Nostro loco plene dicendum fuisset *ὡσαύτως δὲ καὶ ἂν ἔχοι* s. *εἴη, εἰ ...* Sic 1279 b 22 *δημοκρατία δ' ἐστὶν ὅταν ᾗ κύριον τὸ πλῆθος, ὁμοίως δὲ πάλιν κἄν* (intell. *δημοκρατία εἴη*) *εἴ ποιν ...* cf. 1045 a 25, 1290 a 1, 1291 b 27, 1339 b 4, 687 b 13. 1289 b 15 ad *κἄν* e verbo *διαίρετέον*, quod habuimus vs. 12, repetendum est *σκαπτέον εἴη* vel simile quid. Ubi nihil deest, *κἄν* pertinet ad sequentia, v. 1287 a 20 *κἄν, εἴ τινες ἀρχεῖν βέλτιον, τούτους καταστατέον* (h. e. *καθιστάναι δέοι*) *νομοφύλακας*. Cf. 1290 b 4 sq. Sic etiam 681 a 32 ad *κἄν* sumi debebit ex sequentibus *δικαιον εἴη φυτικὸν καλεῖν*: unde fit, ut particula *ἂν* repetatur, v. de coel. 285 b 7 *κἄν εἰ σταίη, κινήθει ἂν πάλιν*. Accidit etiam, ut obliviscatur particulae *κἄν* longiore oratione interposita, v. 136 b 29 *κἄν εἰ δὲ τῆς στέρησεως τὸ κατὰ στέρησιν λεγόμενον μὴ ἐστὶν ἴδιον, οὐδὲ τῆς ἕξεως τὸ κατὰ τὴν ἕξιν λεγόμενον ἴδιον ἔσται* (expectabas enim *ἂν εἴη*), cf. ib. 35, 136 a 9 al. Aliam negligentiam in scribendo admissam videmus 406 a 23 *εἰ φύσει κινεῖται, κἄν βίᾳ κινήθει· κἄν εἰ βίᾳ, καὶ φύσει*: patet enim scripturum eum fuisse *καὶ εἰ βίᾳ, κἄν φύσει*. Similem negligentiam prodit quod habetur 1031 b 28 *ἄτοπον δ' ἂν φανείη, κἄν εἴ τις ἐκάστῳ ὄνομα θεῖτο*: nam alterum *ἂν* plane supervacaneum est. Ut iis locis quos e *Topicis* modo adscripsimus particulae *κἄν* oblitus esse videbatur, sic etiam accidit, ut particulae *εἰ* rationem non habeat, sed eam non addidisse videatur, nisi ut augeat vim particulae *κἄν*: v. 136 a 27 *κἄν εἰ δὲ τοῦ ζῴου φαινεται ἴδιον τὸ ζῆν, καὶ τοῦ μὴ ζῴου φανέεται ἴδιον τὸ μὴ ζῆν*. Quare non ab omni parte improbandum videtur qui reiecerunt qui librum *περὶ ποιητικῆς* ediderunt, Reizius, Hermannus, Graefenhanius: 1447 a 25 *κἄν εἴ τινες ἔτεροι τυγχάνωσιν οὔσαι*. — Ut *κἄν εἰ* sic etiam *ὡσπερ ἂν εἰ* per ellipsin explicandum est, cf. 871 a 6. Locus impeditior est 890 b 14 *ὡσπερ γὰρ ἂν εἰ ἔξω ὃν πῆγνυται, καὶ ἐγγὺς τοῦ ἔξω τὸ αἶμα ... πῆγνυται*: nam-

que apparet Aristotelem dicturum fuisse ὥσπερ γὰρ ἂν ἐπι-
γνυτο ἔξω ὄν s. si ἔξω ἦν.

65 a 26 Locus obscurior factus est per magnam Aristotelis in scribendo negligentiam: particula ὅταν ter repetita occurrit vs. 27 et 32, quamquam verba ad quae referenda sit non addita sunt, nisi quis vs. 28 δεικνυσιν pro coniunctivo habere velit; quod si non admittitur, ad particulam ὅταν intelligendum erit δεικνύηται vel γένηται τὸ αἰτιῶσθαι τὸ ἐν ἀρχῇ. Apodosis incipit vs. 29 ἐν μὲν . . . Negligentius posita sunt μὲν . . . δὲ vs. 30 sq.: nam tum non bene sibi respondent orationis membra quae sibi opponuntur, tum vs. 32 sequitur alterum δὲ quod respondet priori δέ, quod habuimus vs. 31. Res autem sic se habet. Egit in antecedentibus de prima figura, nunc dicit de reliquis. De secunda autem, ait, et tertia figura dicendum est, quod etiam in his fit petitio principii — „vel ita, ut idem praedicetur de iisdem”, si fit petitio principii quemadmodum exposuit vs. 10—19: namque si in syllogismo A de omni B, B de omni C, ergo A de omni C, B idem est quod C, ut permutari possint, sumitur idem (A) praedicari de iisdem: hoc autem locum habet in tertia figura, v. c. si in syllogismo III α' sumitur $B = \Gamma$, apparet in conclusione et maiore propositione sumtum esse idem (A) de iisdem (B et Γ); „vel ita, ut praedicentur eadem de eodem”, quod exposuit vs. 19—25. Si in syllogismo I α' sumimus $A = B$, ponimus praedicari eadem (A et B) de eodem (C). Idem locum habet in secunda figura, e. g. si in syllogismo II β' sumimus $A = B$, in conclusione et propositione minore sumta sunt eadem (A et B) de eodem (Γ) — de qualitate vero conclusionis (vs. 31) dicendum est, quod fit petitio principii in affirmantibus syllogismis et tertiae figurae et primae, in negantibus vero (ὅταν δ' ἀποφατικῶς, h. e. ἐν δὲ ἀποφατικῇ συλλογισμῷ) fit, si negantur eadem de eodem, e. g. secundo modo primae figurae, si $B = \Gamma$ sumitur, quum negetur A et de B et de Γ , consequitur eadem (B et Γ) negari de eodem (A): qua in re (vs. 33) non eadem est utriusque propositionis ratio: nam non idem est utrum ponas $B = \Gamma$ an $A = B$ (ut in primo syllogismo primae figurae), sed sicut in syllogismis secundae figurae (vs. 34), quia termini non permutantur in propositionibus negantibus, sed alter alterum excludit, non nisi ii termini permutari inter se poterunt, qui af-

firmantem propositionem constituent. Ut sententia facilius intelligatur, ante διὰ vs. 34 comma adiecimus.

Cap. 17. Exceptio quae dicitur „non per hoc” locum habet in deductione ad absurdum quae non conceditur, non in recta demonstratione qua quid tollitur. b13 Fit haec exceptio tum, si propositiones, ex quibus syllogismus factus est, non cohaerent, 21 tum, si, quamquam cohaerent, non ex eo quod positum est absurdum colligitur, sed demonstratio vel inferiora tantum complectitur (28) vel in superioribus consistit. 32 Vera deductio et a summo quod concessum est incipere et (37) usque ad id quod infimum datum est procedere debet. 66a2 Hac exceptione utendum non est, si per alios terminos facta est deductio ad absurdum.

65a40 ὅταν πρὸς ἀντίφασιν . . . quum profertur aliquid quo contradicatur ei quod demonstratum est per deductionem ad absurdum: neque enim (b1) qui non contradicat deductioni proferet τὸ οὐ παρὰ τοῦτο (h. e. opponet demonstrationi quod conclusum non sit unde conclusum esse videatur), sed potius concedet qui non contradicat positum fuisse aliquid in deductione quod variari non debeat, neque (vs. 3) in demonstratione quae recta processit utetur τῷ μὴ παρὰ τοῦτο συμβαίνειν τὸ ψεῦδος (sic enim haec exceptio, ut sententia plena sit, exprimenda est, v. a38, b14): quippe quae non ponat quod contradicat, h. e. namque recta demonstratio non ponit id quod falsum esse demonstrare vult, sicut deductio ad absurdum, in qua sumi debet quod vero repugnare demonstrandum est.

65b1 τῇ εἰς τὸ ἀδύνατον, intell. ἀπαγωγῇ quod adiecit cod. u: item vs. 3 τῇ δεικνυούσῃ, intell. δείξει, h. e. ἐν τῷ δεικτικῶς δεικνυμένῳ, in demonstratione recta procedente. Quod omissum est δείξει facile intelligitur. Similia habemus 237b25 ἀδύνατόν ἐστι πεπερασμένην κινεῖσθαι et 261b27 ὅτι δ' ἐνδέχεται εἶναι τινα ἀπειρον μίαν οὔσαν καὶ συνεχῆ, ubi intelligendum est κίνησιν, de qua agitur. 442b13 καίτοι ἢ οὐδεμίας (intell. ἀλσθήσεως: nam ad sensum quaestio pertinet) ἢ μᾶλλον ὄψεως τὰ κοινὰ γνωρίζειν. 444a4 τοῦτο μὲν οὖν τὸ ὁσφραντὸν ἴδιον ἀνθρώπου ἐστίν, ἢ δὲ κατὰ τοὺς χυμοὺς τεταγμένη καὶ τῶν ἄλλων ζώων, ubi ἀλσθησις intelligenda est, vel potius ὄσμη, de qua sermo est. 451a22 οὗτ' ἀναλαμβάνει μνήμην οὐδεμίαν· οὐδεμία γὰρ προγέγονεν: praecessit μνήμη,

unde elicienda est αἰσθησις vel γνώσις. 963 a 4 ἀλλ' ὅτε τὸ θεῖον φθονερόν ἐνδέχεται εἶναι . . . ὅτε τῆς τοιαύτης (intell. τῆς θείας ἐπιστήμης: num de scientia agitur) ἄλλην χρῆ νομίζω τιμωτέρα. 906 b 21 δεῖ γὰρ μήτε πολλὴν εἶναι τὴν ἰμάδα, ἀπεικτος γὰρ ἐστὶν ἡ πολλή, μήτε ἀνικμον (intell. εἶναι τὴν γῆν, quod et sensus postulat et repeti poterit ex antecedentibus: commemoravit enim Syriam, Arabiam et Libyam), οὐ γὰρ γίνεται ἀμύς. 66 a 13 εἰ μελῶν ἐστὶν ἡ ἐντὸς τῆς ἑξῆς, quod de angulis (γωνίας) intelligendum est. 671 a 24 ἡ μὲν θαλαττία, intell. χελώνη, quod habetur vs. 15. 861 b 4 τεταρταῖοι χρόνιοι (intell. πυρετοὶ) γίνονται. 1278 a 40 πρότερον μὲν οὖν ἕτερον ἢ τὴν αὐτὴν θετεῖον καθ' ἣν ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐστὶ καὶ πολίτης σπουδαῖος: contextus orationis docet in mente habendam esse ἀρετὴν. 1292 a 8 ἐν μὲν γὰρ ταῖς κατὰ νόμον δημοκρατουμέναις, intell. πόλεσιν. 1295 b 31 ὅτε γὰρ αὐτοὶ τῶν ἀλλοτρίων ὥσπερ οἱ πένητες ἐπιθυμοῦσιν ὅτε τῆς τοιούτων (intell. οὐσίας) ἕτεροι.

65 b 3 Scripsimus δ ἀντίφασιν, Bkk. τὴν ἀντίφασιν. Consentiant codices in voce δ, non differunt nisi in fine verbi ἀντίφασιν, unde lectionem τὴν ἀντίφασιν certo falsam esse colligere licet. Sensus idem est: dicit enim: In recta demonstratione non ponitur quod repugnat conclusioni, quod fit in deductione ad absurdum. Nostram lectionem etiam vet. intp. lat. et Boethius confirmant. Eandem Philoponus videtur habuisse, v. schol. 192 a 29 (quare idem restituendum videtur in schol. ib. va. 27; va. 23 autem οὕτως pro ἀν τς legendum esse apparet).

65 b 4 Ἐἰ quid tollitur recta demonstratione (differt enim ἡ εἰς τὸ ἀθέωτον ἐπαγωγή ab iis quae dicuntur περαινόμενα διὰ τοῦ ἀθέωτου, quod expositum est 50 a 32 sqq.), locum non habet τὸ οὐ κατὰ τοῦτο, quippe quo non utamur nisi in iis quae colliguntur etiam sublata hacce (τοῦτου va. 7) propositionem conficiendam necessaria videntur.

potest, quum recta demonstratur: nam si tollitur, sublata una propositione non potest.

eam propositionem intelligit, de qua supra. Quum syllogismus qui cogit quod absurdum est cum hypothesis, ut ex iis quae

media posita sint continuo nos ducat ad absurdum, quod consequatur ex hypothesisi.

65 b 16 Repetimus ἐν τοῖς Τοπικοῖς, de quo v. quae diximus ad 64 a 37. Locus ad quem respicit est 167 b 21 sqq., unde Iul. Pacius recte colligit elenches sophisticos pertinere ad Topica.

65 b 18 Argumenta Zenonis percensentur 239 b 10 sqq.

65 b 20 συνεχές ἐστι, v. quae diximus ad 4 b 20.

65 b 24 In priori exemplo ab eo quod maxime universale est progreditur ad ea quae minus late patent, ab A ad Δ (ἐκ τὸ κάτω), in altero (vs. 28) non ab A per B procedit ad Δ , sed a Z , quod summum est, ad A et per A ad B . Iam sive probatur propositionem $B\Delta$ falsam esse, quae colligitur ex eo quod contiguum (συνεχές) est τῷ A ἐκ τὸ κάτω, sive $Z\Delta$ falsam esse, quae ex eo concluditur quod contiguum est τῷ A ἐκ τὸ ἄνω, hoc non pertinet ad propositionem AB (συμβαίνει τὸ ψεῦδος οὐ παρὰ τοῦτο): nam $B\Delta$ et $Z\Delta$ falsae manent, sive assumitur AB sive non assumitur. Sed (vs. 32) ut vera fiat deductio ad absurdum, procedendum erit in deductione usque ad eos terminos (AB , τοὺς ἐξ ἀρχῆς), ex quibus prima propositio (ὑπόθεσις) constat: nam in priori exemplo terminus A (ὁ κατηγορούμενος) non extra deductionem ponendus erit, sed suscipiendus in eam (vs. 35 πρὸς τὸν κατηγορούμενον, intell. συνάπτειν δεῖ τὸ ἀδύνατον): si enim vera deductio in eo est, ut propositionem qua terminus A praedicetur de Δ absurdam esse demonstrat, nihil absurdi coactum erit, quum praetermisso termino A propositionem $B\Delta$ falsam esse colligimus (vs. 36). Item in altero exemplo (vs. 37) demonstratio producebunda erit usque ad terminum B : nam deductio, quum probare debeat per absurdum Z de B praedicari non posse, si consistit, antequam pervenit ad terminum B , nihil absurdi colligit quod pertineat ad terminum B .

66 a 1 Locum habebat τὸ οὐ παρὰ τοῦτο in antecedentibus, si syllogismus non producebatur ad terminos AB — τοὺς ἐξ ἀρχῆς. Quid vero? (sic pergit vs. 2) admittendane erit aliquando exceptio quae dicitur οὐ παρὰ τοῦτο, etiam si demonstratio producit usque ad terminum A (nam οὕτως vs. 3 est εἰ καὶ πρὸς τοὺς ἐξ ἀρχῆς ὅρους εἴη τὸ ἀδύνατον), e. c. si propositionem AA falsam esse colligitur non adhibitis terminalibus BI , sed alio medio interposito, velut si AA cogitur per medios

terminos *KΓ*? Quod si fit, propositio *AB* minime pertinet ad id quod demonstrare volumus: quare quum, sive ponitur sive non ponitur (nam de propositione *AB* intelligendum est quod habemus vs. 7 *τούτου*), absurdum quod colligere volumus proveniat, exceptio de qua agimus in his videtur locum habere. Verum haud scio an — hanc vim enim habet *ἢ* vs. 8, quod non interrogantis est, sed modeste respondentis (oder etwa, oder wohl), v. Trdlbg. de an. p. 208. Eundem sensum habet *ἦ*, etiam si ipsam interrogationem non continuo sequitur, sed si quaedam interiecta sunt sicut 448 a 24: respondet enim particula *ἦ* ad bipertitam interrogationem, cf. 249 b 17 *πότερον εἰς τὸ πάθος δεῖ βλέπειν . . . ἦ εἰς τὸ ἀλλοιούμενον; ἦ εἰς ἄμφω*. 865 a 36 *πότερον δὲ τροφήν προσφέρειν ἀρχομένῳ βέλτιον ἢ ὕστερον; ἦ ἀρχομένῳ* — haud scio an, si quis demonstranti opponat *τὸ οὐ παρὰ τοῦτο*, hoc non ita accipiendum sit, quasi assumpta quidem propositione *AB* propositionem *AD* falsam esse colligi non possit, alia vero facta hypothesi possit (nam non una via et ratione, sed pluribus idem deduci potest ad absurdum), sed potius (vs. 10) per illam exceptionem hoc intelligamus, quod praetermisso termino *A* (*τοῦ ἐξ ἀρχῆς*) deductio non bene habeat, quum facta sit e reliquis propositionibus solis. — Exemplum geometricum quod adicitur pueris notum est. — Post *ψεῦδος* vs. 3 posuimus signum interrogationis, quo sensus facilius perspiciatur.

Cap. 18. *Si quid falsum est in ratiocinatione, in propositionibus investigandum erit ex quo fonte fluxerit.*

66 a 17 *ἐκ τῶν δύο*, e binis propositionibus, *ἐκ δύο προτάσεων*, e duabus.

Cap. 19. *Ne quid cogatur nobis inuitis, non dari debet idem terminus in duabus propositionibus. 33 Quomodo interrogandum sit, ut quod conficiatur ex concessis fugiat adversarium, exponitur.*

66 a 25 *κατασλλογίζεσθαι* vox dialectica „disputationum et interrogationum laqueis aliquem irretire”, quod nos secundum aliorum verborum *ἀναλογία* dicere possemus „Einen beschließen”.

66 a 29 Quem terminum medium unaquaeque conclusio requirat facile apparebit, quum compertum habeamus quid in unaquaque figura et quomodo cogatur: si igitur ex quibus propositioni-

bus concessis quid possit colligi diligenter observamus, satis cautum nobis erit, ne quid cogatur nobis invitis. Qualis autem in unaquaque figura fiat conclusio (τοῦτο vs. 31) nos non fugiet, quum artis logicae periti sciamus, quomodo sustinendum sit quod nobis placeat.

66 a 35 Ne perspicatur quid colligere velimus ipsi, primum singula ut concessa sunt non statim concludenda sunt, sed latere debet quid cogatur, donec omnia data sint quibus opus sit: deinde non deinceps interrogari debent quae inter se vicina sunt et contigua (quippe ex quibus quae fiat conclusio manifestum sit), sed petenda sunt deinceps quae quam maxime inter se distant. Hunc verum esse huius loci sensum nemo erit qui neget: res enim ipsa loquitur. Idem est quod dicit in Top. 156 a 23 *χρήσιμον δὲ καὶ τὸ μὴ συνεχῆ τὰ ἀξιώματα λαμβάνειν ἐξ ὧν οἱ συλλογισμοί, ἀλλ' ἐναλλάξ τὸ πρὸς ἑτερον συμπεράσμα· τιθεμένων γὰρ τῶν οὐκ ἐπιπέδων παρ' ἀλλήλα μᾶλλον τὸ συμβησόμενον ἐξ αὐτῶν προφανές*. Omnes edd. vs. 37 servaverunt lectionem τὰ μέσα, nos recepimus ἀμεσα ex optimis codicibus. Scribentis vitium in altera lectione (valde simile est mendum quod b 25 in cod. B occurrit et quod est 34 a 9 in codd. Bd.) omisso accentu et spiritu satis leve erat, scripsit enim *μαλισταταμεσα* pro *μαλιστααμεσα*, in sensu magnum discrimen est. Lectionem vulgarem Iul. Pacius vertit „Praeterea si quis non proxima roget, sed quam plurima media”, quod explicat his verbis: „quam multas poterit propositiones interficiat propositionibus natura proximis atque ita eas separet”. Hoc si sibi voluisset Aristoteles, certe dicendum erat *ἀλλ' ὅτι πλείστα μέσα*: neque enim ferri posset articulus ante μέσα, neque vox *μάλιστα*, quum non iungatur *μάλιστα ἐρωτᾷ* (plerumque interroget), sed *ὅτι μάλιστα μέσα*, media quae sint quam maxime continua, (cf. enim quae dicit 408 b 5 *εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα τὸ λυπεῖσθαι ἢ χαλεπὸν ἢ διανοεῖσθαι κινήσεις εἰσί*) quod Aristotelis sententiae ita adversatur, ut conciliari cum ea omnino nequeat; deinde μέσα ab Aristotele vocantur (v. vs. 38) ea, quorum certa series maiorem terminum cum minore connectit, non ea quae turbata hac serie medium locum, quem occupare non deberent, tenent, ne perspicatur adversarius quo ordine sumi debeant, ut fiat syllogismus quem volumus. Expediuntur haec omnia recepta lectione ἀμεσα. „Non interroget quae inter se sint

proxima, sed quae quam maxime distat", h. e. quae quam maxime aliena ab illis quae iam concessae sunt per terminum medium coniungi non posse videntur cum illis quae modo interrogata sunt a. quorum per medium terminum coniunctio quam maximam difficultatem habere videntur adversaria. Boethius et vet. intp. cod. Goth. habent „sed quam maxime longe media". Philoponus quoque nostram lectionem confirmat, v. schol. 193a25 (ἀσυναρτήτους). Superlativus adiectivi ἐπιθετός, cuius gradus proprie non dantur, nihil habet quod offendant, cf. 66a4 ὅσῳ ἐν μᾶλλον κατὰ μέρος ᾗ, εἰς τὰ ἄκρα (μᾶλλον intell.) ἐπιτίθει. 76a22 μᾶλλον ἐπιτιθέμεν. 2b7 μᾶλλον οὐσία et quae seq. 65b24, 257b17, 315b26 coll. 34 αἰκιστάρον.

Cap. 20. Redarguitur aliquis, quum tollitur per syllogismum quod contendit.

65b6 Vel concessio omnibus quae interrogata sunt vel aliis davia, aliis negatis: quare quod dicit vs. 8 καὶ οὕτω καὶ ἐξαιώς; est „et ex propositionibus affirmantibus solis et ex affirmantibus et negantibus coniunctis".

65b10 Deditur αἰε: nam ᾗ, quod ex codd. recepit Bk., ferri vix poterit. Edd. omnes tacentur optativum, qui quam soepe cum coniunctio confundatur in codd. notum est. Habemus optativum etiam vs. 12, qui, quamquam in priori membro orationis non habetur particula μὲν, tamen ad vs. 10 ita refertur, ut ei respondeat et re et verbis: nam τὸ κείμενον ἐστὶ τὸ συγχευόμενον. Quare structuram quae in altero membro obtinet etiam in altero servandam duximus. Eandem habemus etiam vs. 16.

Cap. 21. Deceptio quae dicitur κατὰ τὴν ὑπόληψιν duplex est: 30 non fit, si termini medii sunt ex eadem serie, 34 si se invicem excludant, non fit ita, ut medius uterque predicatur de minore; 67a6 fit, si vel utriusque syllogismi sumitur maior vel alterius utraque propositio, alterius maior. 9 Sic accidit, ut, quancumque universalem scientiam habeamus, singula nos fugiant, vel propterea, quod a sensibus remota non cognoscuntur (ab universalibus enim ad singularia scientia progreditur), 33 vel propterea, quod scientiam quam habemus a singulari cum universali coniungere necessimus. b12 For-

*tasse etiam fieri potest, ut quis decipiatur ita, ut ponat ali-
quid idem esse cum eo, cui contrarium sit.*

66 b 19 ὑπολαμβάνειν, sententiam sibi formare, statuere aliquid de aliqua re. Bene Biese I, 211 not. 2 coll. 327 et ib. not. 4 „ὑπολαμβάνειν und besonders ὑπόληψις ist bei Aristoteles der allgemeinste Ausdruck für diejenige Thätigkeit des Denkens, in welcher der Geist sich zuerst des Unterschiedes von Wahrheit und Irrthum bewußt wird“: quare ὑπόληψις plerumque eo sensu ponitur, ut sit sententia quae non a certis et stabilibus scientiae principiis deducta, sed opinio sive magis sive minus confirmata eorum, qui fontibus rerum non investigatis res sumunt tales quales se praebent. 981 a 7 τὸ μὲν γὰρ ἔχειν ὑπόληψιν ὅτι Καλλιὰ κάμνοντι τηρὸν τὴν νόσον τοδὶ συνήνεγκας . . . ἐμπειρίας ἐστίν. 982 a 6 εἰ δὲ λάβοι τις τὰς ὑπολήψεις (die herrschenden Ansichten, Biese I. 372) ὅς ἔχομεν περὶ τοῦ σοφοῦ. Quare 67 b 22 δοξάζειν idem est quod ὑπολαμβάνειν et non sine contemptu quodam dicitur 1073 a 17 ἡ περὶ τὰς ἰδέας ὑπόληψις: nam errori subiecta est ἡ ὑπόληψις, v. 79 b 28 sqq., et cum ipsa scientia nihil commune habet, nisi quod utraque est contemplativa, v. 149 a 12 coll. 89 a 2 λείπεται δόξαν εἶναι περὶ τὸ ἀληθὲς μὲν ἢ ψευδός, ἐνδεχόμενον δὲ καὶ ἄλλως ἔχειν. τοῦτο δ' ἐστὶν ὑπόληψις τῆς ἀμέσου προτάσεως καὶ μὴ ἀναγκαίας . . . ὅταν εἶναι μὲν οὕτως (οἴηται τις), οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἄλλως οὐδὲν κωλύειν, τότε δοξάζειν (οἴεται), ὡς τοῦ μὲν τοιούτου δόξαν οὔσαν, τοῦ δ' ἀναγκαίου ἐπιστήμην, coll. 8 b 10, ubi opponuntur ὑπόληψις et ἐπιστήμη. Mens igitur quae errori non obnoxia ipsa principia intuens et contemplans omnis scientiae fons est et διανοεῖσθαι dicitur et ὑπολαμβάνειν 429 a 23, cf. Trdlbg. de an. p. 469. Latius patet ἡ ὑπόληψις ubi dicit 427 b 25 εἰσὶ δὲ καὶ αὐτῆς τῆς ὑπολήψεως διαφοραί, ἐπιστήμη καὶ δόξα καὶ φρόνησις καὶ τάναντία τούτων, ib. 28 τούτου δὲ (τοῦ νοεῖν) τὸ μὲν φαντασία δοκεῖ εἶναι, τὸ δὲ ὑπόληψις, ib. 16 αὐτῆ τε (ἡ φαντασία) οὐ γίνεται ἄνευ αἰσθήσεως καὶ ἄνευ ταύτης οὐκ ἐστὶν ὑπόληψις.

Duobus modis aliquem decipi κατὰ τὴν ὑπόληψιν cogitari potest (v. quae diximus ad 31 b 8 extr.). Namque si conclusio *AA* colligitur vel termino *B* vel termino *Γ* medio interposito, termini *B* et *Γ* aut ita habent, ut alter sit extra alterum, aut ita, ut alter alterum complectatur (ἐκ τῆς αὐτῆς συστοι-

gery. Primum igitur Aristoteles proponit utrumque conditionem (va. 22 et 26). sub qua explicari possit aliquam ideam sicut ante et postea: hoc est enim quod appellat *concep- tum* sicut ipse interpretatur. Explicatio utrumque modo, quo hanc de- ceptio fieri potest videtur, quoniam (va. 29) non in se non in- terna nihil dicitur, quoniam hoc. De primo quidem conside- rat ut dicitur, dicitur va. 31. ubi utrumque referentiam est ad va. 22 sup.) et in quibus terminis nihil nihil continetur habetur. Et in his quibus non sit deceptio, quia, si *A* de *I* predicantur per terminum *B* cuius prout, non erit erit qui sunt affirmative propositione *AB* sequentem prout *AI*: in his autem non erit qui sunt affirmative propositiones *BA* et *IA* si affirmative dicitur *AB* sequentem *AI*: sequentem enim quem prout non sunt aperta sunt (va. 30 sup.). Deceptio igitur, de qua agitur, fieri non potest (31a3) nisi ita, ut quis dicit ut aliter utrumque collationem propositionem ut utrumque aliter collationem: quare quidem deceptio similis est ei qui sunt interna, quoniam in simplicis (in concreto quod dicitur) scientia ut sciamus.

31b30 Ceterum scilicet utrumque utrumque, quod est illud sci- entia ut sciamus, quare 31b35 enim ista coll. *AB* utrumque utrumque: sequentem enim dicitur esse modum quod collationem dicitur utrumque, quoniam enim hoc fieri potest; habetur enim 31b32 i. ut *B* utrumque utrumque: quare enim 31b33 rationem est utrumque quod et dicitur habet et utrumque fieri potest: non utrumque, connectionem videtur et in quod prout dicitur: habetur enim utrumque, utrumque 29a35, b35. 35. utrumque non utrumque utrumque 31b33, 35 ad. 32a16 et utrumque utrumque. Per collationem non dicitur ut utrumque utrumque dicitur dicitur: non idem est quod ut utrumque utrumque, de quo v. 31a35, sicut ut dicitur utrumque. 29a34 dicitur de ut utrumque utrumque i. ut utrumque utrumque utrumque utrumque utrumque. Unde patet quod ut quod dicitur 31a30 utrumque de utrumque utrumque utrumque utrumque: non utrumque utrumque dicitur dicitur utrumque utrumque utrumque. h. e. id quod prout accedat ad utrumque utrumque de quo prout dicitur utrumque utrumque utrumque et dicitur, quare utrumque non utrumque habet.

31b32 a; r; utrumque . . . Quomodo utrumque utrumque, dum simplicis scientia, explicat 31a9 — b11. Cf. 29a5 et

τὸ καθόλου θεωροῦντες πολλάκις ἕνια τῶν καθ' ἕνα οὐκ ἴσασιν δι' ἀνεπισκεψίαν.

66 b 35 καθ' ἑκάτερον τῶν μέσων, h. e. B et Γ , ἀμφοτέρως τὰς προτάσεις, intell. $B\Gamma$ et $\Gamma\Delta$.

67 a 2 ὃ τὸ B τινὶ . . . Modo collegit ex propositionibus AB et $B\Delta$ A praedicari de omni Δ , nunc cogit ex propositionibus $A\Gamma$ et $\Gamma\Delta$ A negari de aliquo Δ , quod expressit „ A negari de eo, de cuius parte praedicetur B ”; τινὶ adiecit, ut ostenderet ne universalem quidem sumi debere propositionem $B\Delta$, ut absurdi aliquid proveniat. — τὸ δὲ παντὶ οἰόμενον, intell. ὑπάρχειν τὸ A . — Verbis ὃ τὸ B significatur τὸ Δ .

67 a 5 Sic igitur ut modo exposuimus nemo sumet propositiones, quia repugnantia in iis manifesta est, ita vero sumi poterunt, ut ponatur altera utra earum quae utrumvis (B et Γ) terminum medium habeant (AB et $A\Gamma$), vel ita, ut alter uter medius sit in utraque (AB et $B\Delta$), quibus Aristoteles in exemplo addidit propositionem $A\Gamma$, sine qua deceptio fieri non posset: namque vs. 6 accuratius dixisset ἢ κατὰ θάτερον μὲν ἀμφοτέρως κατὰ θάτερον δὲ τὴν μίαν οὐδὲν κωλύει. Eodem modo hunc locum intellexit Biese I. 213.

67 a 8 ὁμοία γὰρ . . . καὶ ὡς. Eandem constructionem habemus 176 a 13 τοῦτο δὲ ὁμοιον ὡς εἰ καὶ τὸ αὐτὸ ὄνομα τεθείη τοῖς ἑτέροις. 450 b 15 εἴτ' ἐστὶν ὁμοιον ὥσπερ τύπος ἢ γραφὴ ἐν ἡμῖν. 947 b 20 ὁμοιον δὲ ἔοικεν ὥσπερ τοῖς ἠλιαλοῦσιν. De coel. 307 a 29 ὁμοιον ὥσπερ εἴ τις ἀξιοίη, cf. 370 a 12 παρεκάζοντες ὡς τὸ πάθος ὁμοιον ὄν. Quare etiam 68 a 3 scribendum putavi ὁμοίως ὡς καὶ . . ., praesertim quum appareat quam facile particula ὡς praetermitti poterat ob similitudinem extremi verbi praecedentis. Cf. quae diximus ad 20 a 4. — Similitudinem quam nostro loco tangit exponit vs. 30 sqq.: est enim in eo quod, ut in singulis scientia universalis, quam ratiocinatione consequimur, non impedit τὴν κατὰ τὸ μέσον ἀπάτην, h. e. non impedit, quominus decipiamur per medium terminum, quippe quem in singulis non recognoscamus, sic etiam in his ratiocinatione non impedit τὴν καθ' ἑκάτερον τῶν μέσων ἐπόληψιν, h. e. non impedit, quominus fallamur alio termino medio interposito.

67 a 17 πᾶν τρίγωνον. Sic 73 b 32 τρίγωνον non figuram triquetram, sed summam significat angulorum trianguli. Cf. 1051 a 24 διὰ τί δύο ὄρθαι τὸ τρίγωνον. Etiam brevius est quod ha-

illis rebus propriam (b3) — eam dicit, quae *ἐκ τῶν οικειῶν ἀρχῶν*, ab universalibus propositionibus, scientiam ratiocinando quasi propagat et producit ad ea omnia quae universalibus subiecta sint. Tertium autem scientiae genus est id quod cum ratiocinatione coniungit sensuum perceptionem. V. quae de hoc loco disputavit Biese I. 216.

67 b 5 ὥστε καὶ τὸ . . . Causam indicat 1129 a 24 ἀκολουθεῖ δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἐὰν θάτερα πλεοναχῶς λέγεται καὶ θάτερα πλεοναχῶς λέγεσθαι, οἷον εἰ τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἀδικον. — τοσαυταχῶς: quare tria deceptionum genera exposuit: primum quidem erat κατὰ τὸ καθόλου, de quo dixit 66 b 18 — 67 a 9, alterum περὶ τὰ ἐν μέρει s. κατὰ τὴν οικειῶν ἐπιστήμην vs. 9 — 33, tertium κατὰ τὴν ἐνεργειαν vs. 33 — b 5.

67 b 7 Qui tenet utramque propositionem (*AB* et *BΓ*) neque tamen singulam rem consideravit sensui subiectam, is eandem rem et scit et nescit *πλὴν οὐκ ἐναντίως*, h. e. cognitio quam habet, quum non contraria sit deceptioni qua fallitur, eam non tollit: specie enim decipitur et sensu, ut veram scientiam (*τὴν κατὰ τὸ ἐνεργεῖν*) non habeat, quamquam eandem rem simul cognoscit, non sensu quidem et κατὰ τὸ ἐνεργεῖν, sed ratiocinatione: deceptio autem scientiae quam habet non contraria est, nisi aut utraque fiat per syllogismum aut utraque posita sit in sensu. — Vs. 10 τῆ ἐπιστήμῃ, intell. τῆ καθόλου ἣν ἔχει.

67 b 12 τὸ ἀγαθὸν εἶναι. Nota est praeclara de hac loquendi formula Trendelenburgii commentatio in Mus. Rhen. 1828 p. 457 sqq. Cf. eiusd. comm. in Arist. de an. p. 471 — 474. Quo sensu dativus cum verbo εἶναι coniungatur apparet 415 b 13 τὸ δὲ ζῆν τοῖς ζῶσι τὸ εἶναι ἐστίν. 431 a 19 τὸ δὲ ἔσχατον ἐν καὶ μία μεσότης· τὸ δ' εἶναι αὐτῆ πλείω. Brevitas scilicet in dicendo et mutatus verborum ordo obscuritatem fecerunt.

67 b 25 εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκός. Quamquam non fit, ut quis ponat res contrarias unam esse et eandem, tamen accidit, ut quis ponat contingere aliquando, ut quid recte praedicetur de aliqua re quod eius naturae contrarium sit.

Cap. 22. Si termini A et Γ per medium terminum B coniuncti convertuntur, convertitur B cum reliquis. 32 Convertuntur etiam in conclusione negante A et Γ, sive A et B tan-

tam convertuntur sive etiam B et Γ . 35 Convertuntur A et R, si convertuntur et BI et AI. 36a3 Si convertuntur et AB et ΓA , A et Γ autem sibi repugnant, etiam B et Δ sibi repugnant. 11 Si sibi repugnant A et R, Γ et Δ , AI vero convertuntur, etiam B et Δ convertuntur. 16 Si B de Γ , A autem non nisi de B et Γ praedicatur, convertuntur A et R. 21 Si A et B de omni Γ praedicantur, B et Γ autem convertuntur, praedicatur A de omni R. 25 Si bonum A contrarium est malo R, bonum Δ autem malo Γ , A preferentius est Δ , si A et Γ coniuncta preferantur coniunctis B et Δ .

36b30 nisi t \bar{u} B t \bar{u} A... non si conclusionem, quam converti solent, convertimus adtingimus alteri propositioni, ergitur altera conclusio.

36b32 Non docet converti propositionem negatam universalem (quod, quam ad initia artis syllogisticae pertinet, ab hac hac officina est), sed docet converti conclusionem negatam, si propositio negans (nisi) convertentem admittit, quomodoque ipsae propositiones autem sint. Non si affirmans BI intelligitur cum negante RA, fit conclusio negans ΓA secundo modo signata secundo.

36b31 Cur servandum sit t \bar{u} B t \bar{u} expansionem ad 32b3: non facile constititur etiam lectorem t \bar{u} A servandum esse: non idem videtur, praesertim in iis codicibus, qui etiam 36a1 a verbo abstraxerunt, eodem verum obviam ex eodem causa etiam esse veri simile est. Id. Facius pro t \bar{u} A dedit t \bar{u} A t \bar{u} B, cod. resp. parit omnes cum Boetio t \bar{u} A t \bar{u} Γ , de quo hactenus „Idem“, inquit Babilie alicui inventi gladium lectum, „tantum vet. interp. Lat. Verum omnes hi codices et interp. sui syllogisticae non satis fuerunt quiri“. Nobis quidem tanta res videtur in eo esse, ut determinatur utrum scribendum sit t \bar{u} A (t \bar{u} Γ enim facile repetitur ex antecessantibus) an t \bar{u} A (quod suppletur repetitio t \bar{u} B). Iam si scribimus t \bar{u} A, non sic se habet. Si enim propositionem affirmantem ΓB cupit adtingimus negantem AB, apparet non fieri universalem conclusionem negantem ΓA , quae demonstranda est, sed (36b) conclusionem AI de parte negantem: sic autem scribimus t \bar{u} A, propositioni ΓB adtingere debemus negantem AI, unde fit (1 β) conclusio universalis negans quidem, sed v \bar{u} AB, non eius quae cogi deberet, v \bar{u} RA. Sic igitur haec lectio-

nem praetuleris sive illam, utraque sensu destituta videtur. Quod quum videret Iul. Pacina, excogitavit demonstrationem per impossibile (v. eius comm. p. 253 ed. 1597), quam Aristotelem hic innuere putavit. Ingeniose quidem hoc, sed artificiosius, quum in verbis Aristotelis nihil occurrat, quo haec explicandi ratio nitatur. Omnia enim quae addit sunt haec: καὶ οὐ γὰρ ἄπαντος τὸ Β, καὶ τὸ Γ, quae quid sibi velint planum est. Termini *B* et *Γ*, ait, si convertuntur, ita habent, ut inter se permutari possint et alter in alterius locum substitui: erunt enim aequales. Quomocumque igitur *B* praedicatur de *A*, eodem etiam *Γ* de *A*: quare si convertitur et propositio *BΓ* et *AB*, convertetur etiam conclusio *AG*. Haec nobis quidem vera videtur locum expediendi ratio: namque exposuit vs. 34 converti conclusionem, si convertatur sola propositio maior, vs. 37 converti docet conclusionem, si convertantur et minor et maior (nam sola minore conversa non cogi quod volebamus supra demonstravimus), deinde vs. 38 ostendit converti maiorem, si et minor convertatur et conclusio. Ut vero vs. 37 alteram partem conditionis (hanc scilicet, ut maior quoque converti possit) silentio praeteriit, quippe quam ex antecedentibus intelligamus, sic etiam vs. 38 alteram conditionis partem non indicavit — hanc dico, ut etiam propositio *BΓ* converti possit. Et vs. 38 quidem quod omissum est Iulio Pacio scrupulum non iniecit, id vero quod omissum est vs. 37 ita eum offendit, ut longius abeundum putaverit. Non nego quidem ne nostram quidem explicationem, quae una videtur relicta esse, ita comparatam esse, ut ab omni parte probanda sit. Etenim mirum est quod Aristoteles, postquam ostendit conclusionem converti, si propositio maior convertatur, docet converti conclusionem, si convertatur et maior et minor, deinde etiam hoc offendit, quod et vs. 37 et vs. 38 alteram conditionis partem non solum non adiecit, sed ne verbo quidem significavit. Quod si cui non ferendum videatur, facile sibi persuadebit, opinor, verba ἀντιστρέφει καὶ (vs. 37) . . . πρὸς τὸ Α ἀντιστρέφει e contextu elicienda esse, quae si aliena manu intrusa delenda sunt, facilia sunt omnia. Sententia enim haec erit: „Et si convertuntur et *BΓ* et *AG*, etiam *B* et *A* convertentur”. Audacius quidem hoc, sed haud scio an aliud remedium adhiberi nequeat. Utrumlibet autem praetuleris, verba πρὸς τὸ Α ante ᾧ γὰρ

vs. 39 omittenda erunt, praesertim quum appareat ex cod. *C* explicationis gratia haec addita esse.

68a1 Restituimus lectionem quam et Pacius exhibuit et correxerunt codd. *AB*. Etenim ferri non potest quod dedit Bkk. τὸ Γ, τὸ Α: nam quum conclusio et propositio minor datae sint conversae, fit conclusio negans ΒΑ in secundo modo figurae secundae ex propositione maiore ΓΒ et minore ΓΑ. Buhle addit „sensus fere eodem redit”, quae satis ostendunt quo iure aliis rei syllogisticae inscitiam exprobraverit.

68a2 ἀπὸ τοῦ συμπεράσματος, incipit a conditione, ut conclusio convertatur, quod idem habuimus in syllogismo affirmante vs. 29. — τὰ δ' ἄλλα ea significant quae exposuit vs. 34 et 37.

68a3 Dedimus ὁμοίως ὡς καί, de quo v. quae diximus ad 67a8.

68a8 οἷον εἰ τὸ . . . Exemplum rei parum convenit: namque Aristoteles dicere debebat οἷον εἰ τὸ ἀγένητον ἀφθαρτον καὶ τὸ γενόμενον φθαρτόν, ἀνάγκη ἐπεὶ πᾶν ἢ ἀγένητόν ἐστιν ἢ γενόμενον, ἢ ἀφθαρτον εἶναι ἢ φθαρτόν. Ipse vero exemplum ita exposuit, ut non eam regulam explicare voluisse videatur quam modo proposuit, sed eam quae sequitur vs. 11 terminis sic dispositis: τὸ Α ἀγένητον, τὸ Β γενόμενον, τὸ Γ ἀφθαρτον, τὸ Δ φθαρτόν. Negligentiae igitur Aristotelis ad sequentia pergentis, quum antecedentia explicare vellet, tribuendum erit, quod exemplum regulae parum accommodavit. Philoponus eadem videtur habuisse quae nos, sed quae dicit non satis clara sunt: namque quae adiecta sunt vs. 10 δύο γὰρ . . . et ad ea refert quae praecesserunt (v. schol. 194a20) et ad ea quae sequuntur (v. ib. vs. 32). Poterunt certe intelligi et de ea regula quam modo habuimus et de altera quae sequitur. Si igitur dicta sunt de priori regula, syllogismi quos innuit hi sunt: παντὶ ὑπάρχει ἢ τὸ ἀγένητον ἢ τὸ γενόμενον, τὸ γενόμενον φθαρτόν, παντὶ οὖν ἢ τὸ φθαρτόν ἢ τὸ ἀγένητον — τὸ ἀγένητον ἀφθαρτον, παντὶ ἄρα ὑπάρχει ἢ τὸ φθαρτόν ἢ τὸ ἀφθαρτον. Si de altera accipiuntur, demonstratio haec est: τὸ φθαρτόν ἢ γενόμενον ἢ ἀγένητον, εἰ οὖν ἀντιστρέφει τὸ ἀφθαρτον καὶ τὸ ἀγένητον, τὸ φθαρτόν γενόμενον ἔσται· οὐ γὰρ ἀφθαρτον. καὶ πάλιν τὸ γενόμενον ἢ φθαρτόν ἢ ἀφθαρτον, εἰ οὖν ἀφθαρτον τὸ ἀγένητον, τὸ γενόμενον οὐκ ἀφθαρτον· φθαρτόν ἄρα ἔσται. De re ipsa cf. quae dicuntur de coel. I c. 12 p. 282 sq.

68 a 21 *πλήν αὐτοῦ τοῦ A*, ipso *A* excepto *B* praedicatur de omnibus quae complectitur terminus *A*: nam quia terminum *A* ita sumpsit, ut non nisi de *B* et *Γ* praedicetur, *A* autem etiam de se ipso praedicari quodammodo potest, videtur quidem latius patere quam *B* et *Γ* neque tamen re vera latius patet. Quare ἀντιστρέφειν hic non ita dictum est, ut significet terminos qui sine discrimine inter se permutari possint, sed eos qui eundem quidem ambitum habeant, h. e. qui convenient quidem in iis quae ipsis subiecta sint, quamquam non sint iidem.

68 a 29 τὸ *Γ* τῷ *Δ*. Dativum posuit, quia in mente habuit ὁμοίως quod praecessit. Plenius dixisset καὶ τὸ *Γ* ὁμοίως φευκτὸν καὶ διωκτὸν τὸ *Δ*.

68 a 30 ἐκότερον γὰρ . . . , h. e. ἐκότερον γὰρ τὸ φευκτὸν (*B* et *Γ*) ὁμοίως φευκτὸν ἔστι καὶ ἐκότερον τὸ διωκτὸν (*A* et *Δ*) διωκτὸν. Quod dicit est hoc. Si bona sunt aequalia, etiam mala iis opposita aequalia sunt: nam utrumque bonum non magis appetitur quam fugitur malum quod ei oppositum est. Si igitur ponimus $A = Δ$, consequitur $B = Γ$: quare erit $A + Γ = B + Δ$. Quum vero vs. 27 posuerimus (sic pergit vs. 32) $A + Γ >$ (h. e. αἰρετώτερα) $B + Δ$, verum esse non potest (vs. 33) $A = Δ$, quum inde consequatur $A + Γ = B + Δ$. Deinde si sumimus $Δ > A$ (vs. 33), erit etiam $B >$ (ἤττον φευκτὸν, h. e. αἰρετώτερον) $Γ$. Nam maiori bono maius malum opponitur (τῷ *Δ* τὸ *Γ*), minori minus (τῷ *A* τὸ *Γ*). Quum autem maius bonum minori et minus malum maiori praefendum sit, etiam coniuncta $B + Δ >$ (praeferenda erunt coniunctis) $A + Γ$, quod ei repugnat quod vs. 27 posuimus (νῦν δ' οὐκ ἔστιν vs. 38). Quae quum ita sint, ut cogatur quod volumus $A + Γ > B + Δ$, neque sumi poterit $A = Δ$ neque $A < Δ$, unum igitur relictum est, ut ponatur $A > Δ$.

68 a 31 τὰ ἄμφω. Sic 178 b 35 ὧν δὲ τὸ μὲν εὔρε τὸ δ' ἔμαθε, τὰ ἄμφω οὐδέτερον (h. e. οὐδ' εὔρεν οὐτ' ἔμαθεν). 857 b 7 ὥστ' ἔστι ὅσον αὐτῶ τὰ ἄμφω.

68 a 39 εἰ δὴ ἔλοιτο, si malit. Intelligendum est μᾶλλον, ad quod refertur particula ἢ vs. 41. Cf. 364 b 11 φθάνουσι πηγύνντες ἢ προωδοῦντες. Quod nostro loco deest iure omitti poterat 951 a 37 μᾶλλον ἂν προέλοιτο. Mirum non est quod μᾶλλον interdum omittitur, quum particula ἢ aliquando prae-

ponatur voci μάλλον, ex qua pendet, v. 955 a 9 οἱ νέοι ἢ καὶ οἱ πρεσβύτεροι μάλλον ἀπάγονται.

68 b 2 Dedimus χαρίσασθαι tempore aoristo, quippe quo significare videntur Aristoteles voluptatem corporis semel expletam postponendam esse amorī qui in animo inhaerent.

68 b 3 τὸ ἄρα φιλεῖσθαι τῆς συνουσίας, h. e. τὸ *A* τοῦ *Δ*.

68 b 4 μάλλον ἄρα ὁ ἔρως ἐνεργεῖ ἐν τῇ φιλίᾳ ἢ ἐν τῇ συνουσίᾳ.

68 b 5 τούτου, intell. τοῦ φιλεῖσθαι, quod eliciendum ex antecedente φιλίᾳ. Similia satis frequentia sunt apud Aristotelem, v. 1329 a 6 ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ πολεμικὸν καὶ τὸ βουλευόμενον . . . μέρη φαίνεται τῆς πόλεως μάλιστα ὄντα, πότερον ἕτερα καὶ ταῦτα θετέον ἢ τοῖς αὐτοῖς ἀποδοτέον ἀμφω (intell. τὸ πολεμεῖν καὶ τὸ βουλευέσθαι). 1291 a 28 πρὸς δὲ τούτοις τὸ βουλευόμενον (μόριον τῆς πόλεως), ὅπερ — intell. τὸ βουλευέσθαι — ἐστὶ συνέσεως πολιτικῆς ἔργον. 1302 a 10 ἐν μὲν γὰρ ταῖς ὀλιγαρχίαις ἐγγίνονται δύο, ἢ τε πρὸς ἀλλήλους — τοὺς ὀλιγάρχους intell. — στάσις καὶ ἔτι ἢ πρὸς τὸν δῆμον. 1313 a 31 τυραννικὸν δὲ τὸ μάλιστα ἀπιστεῖν τοῖς φίλοις, ὡς βουλομένων μὲν πάντων (intell. τυραννεύειν vel quod inde manat κακουργεῖν, nisi quis βουλομένων hoc loco idem putet quod κακονοοῦντων et δυναμένων idem quod δύναμιν ἔχόντων), δυναμένων δὲ μάλιστα τούτων. Cf. 1281 b 27, de quo loco v. quae diximus ad 19 a 23, et 1297 b 6, quem locum dedimus ad 24 a 10.

Cap. 23. Quodcunque argumentis confirmatur aut per syllogismum docetur aut per inductionem. 15 Fit inductione, quum per minorem terminum demonstratur medium praedicari de maiore. 30 Locum habet inductione in demonstrandis iis, quae termino medio interposito probari nequeunt.

68 b 9 Dedimus quod et codd. praebent et vet. intp. lat. φευκότεροι ἢ αἰρετώτεροι. Boethius videtur habuisse φευκότερον ἢ αἰρετώτερον.

68 b 15 ἐπαγωγή. 81 b 1 ἔστι δ' ἢ μὲν ἀπόδειξις ἐκ τῶν καθόλου, ἢ δ' ἐπαγωγή ἐκ τῶν κατὰ μέρος. Ib. vs. 5 ἐπαχθῆναι δὲ μὴ ἔχοντας αἰσθησιν ἀδύνατον. 100 b 4 δῆλον δὲ ὅτι ἡμῖν τὰ πρῶτα ἐπαγωγῇ γνωρίζειν ἀναγκαῖον. 105 a 13 ἐπαγωγή δὲ ἢ ἀπὸ τῶν καθ' ἕκαστον ἐπὶ τὰ καθόλου ἐφοδος. V. exem-

plum inductionis quod dedit 1268b 34 sqq. Trdlbg. Elem. log. p. 82 sq. et p. 102 sq.

68b 22 Posuimus comma ante *ἀλλά*, quum quae sequuntur arcte cohaereant cum iis quae praecesserunt. Namque praeposuit syllogismi conclusionem $\Lambda\Gamma$, adiecit propositionem maiorem verbis *πάν γὰρ τὸ ἀχολον μακρόβιον*, iam pergit ad minorem dicens *ἀλλὰ καὶ . . .*

Cap. 24. Exemplo demonstratur, quum per id quod minori termino simile est, maiorem de medio praedicari probatur.

68b 38 *παράδειγμα*. Biese II. 621. Trdlbg. Elem. log. p. 106.

Aristot. 1356b 3 *ἔστι γὰρ τὸ μὲν παράδειγμα ἐπαγωγή, τὸ δ' ἐνθύμημα συλλογισμός*, cf. 71a 10.

68b 39 *δεῖ δὲ καὶ . . .* quod explicat 69a 7—10.

69a 2 *ἐὰν οὖν . . .* Iam non demonstrat quod proposuit 68b 38 et quod exemplo demonstrari dicit 69a 11, praedicari maiorem terminum de medio, sed maiorem minori tribuendum esse probat. Quod cur fecerit apparet ex iis quae dicit vs. 19 de discrimine inductionis et exempli: nam per inductionem nihil probatur de termino minore, per exemplum de minore, quippe quem medius complectatur, comprobatur quod de medio valet. Quare etiam vs. 13 verba *πρὸς τὸ ἄκρον* non accipienda sunt de maiore termino (quod si voluisset, dicendum erat *τοῦ ἄκρου πρὸς τὸ μέσον*), sed de minore.

69a 15 *ὡς μέρος πρὸς μέρος*. Exemplo utimur, ut singula demonstremus per singula. — *ἄμφω*, h. e. Γ et Δ . Locus nostro simillimus est 1357b 27 *ἔστι δὲ οὔτε ὡς μέρος πρὸς ὅλον οὔθ' ὡς ὅλον πρὸς μέρος οὔθ' ὡς ὅλον πρὸς ὅλον, ἀλλ' ὡς μέρος πρὸς μέρος, ὁμοιον πρὸς ὁμοιον, ὅταν ἄμφω μὲν ἦ ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος, γνωριμώτερον δὲ θάτερον ἢ θατέρου παράδειγμά ἐστιν*, cf. rhet. II c. 20.

Cap. 25. Deductio fit, quum maior propositio manifesta est, minor, quamquam non manifesta, aut aequae veri similis atque conclusio aut magis, 29 deinde quum paucis mediis terminis interpositis probatur propositio minor.

69a 20 Fit deductio, ut facilius reddatur quod difficile est ad demonstrandum eo quod quaestio proposita reducitur ad aliam

qua soluta solvitur ipsa. Hoc, quum propositio maior manifesta est, aut fit eo quod omnis quaestio revocatur ad probandam propositionem minorem aut eo quod propositio minor paucos tantum — paucos, si eorum numerus comparatur cum iis quibus opus esset, ut id ipsum quod propositum est demonstraretur — medios terminos habet, quibus adhibitis propius accedimus ad id quod ratiocinatione cognoscere volumus. — *ἴσχυρται τὴν ἀπαγωγὴν* quam dicit Aristoteles plane diversam esse ab ea demonstrandi ratione quam nos spagolicam appellare solemus, v. Trdlbg. Elem. log. p. 113. Eadem ἀπαγωγὴ quam apud Aristotelem habemus etiam apud mathematicos in usu fuit, v. Procl. in Euclid. Elem. lib. III p. 59 (ed. Eucl. Basil. 1533 fol.): *ἡ δὲ ἀπαγωγὴ μετάβασις ἐστὶν ἐκ ἄλλου προβλήματος ἢ θεωρήματος ἐκ ἄλλο ὄν γνωσθέντος ἢ πορισθέντος καὶ τὸ προκειμένον ἐστὶ καταφανές.*

69 a 22 *ὀλίγα*, v. quae diximus ad 12 a 2.

69 a 28 *ἐγγύτερον γὰρ* . . . Qui scientiam non habent propius ad eam accedunt, si cogunt propositionem *ΑΓ* medio interposito *B*, non ut demonstrant quod velint — conclusionem *ΑΓ* —, sed ut doceant omnem quaestionem iam versari in demonstranda propositione *ΒΓ*.

69 a 32 *τὸ μετὰ μηνίσκων* . . . Quomodo Hippocrates Chius per lunulam, quae ab eo nomen habet, circulum quadrare voluerit exposuit Ios. Blancanus Aristotelis loca mathemat. coll. et expl. Bonon. 1615 p. 44 sq. Cf. Brandisii schol. ad 185 a 16. Hippocratis cum Brysone mentionem facit Aristoteles 171 b 15. — Alium huius vocabuli sensum adnotat Lessing (Collectaneen zur Litt. Sämmtl. Schriften Thl. XVI p. 151) „Menisci circuli Christi et Sanctorum capitibus appositus“.

Cap. 26. Obiectio est propositio quae propositioni opponitur: b 5 quae si est universalis, in prima figura colligitur, si particularis, in tertia.

69 b 3 *ἀντικείμεναι*. A singulari numero subito transit ad pluralem. Cf. 65 a 15 *ἀντιστρέφουσιν*. 620 b 26 *ἀλλοικονταὶ γὰρ ἔχοντες κεντρίας πολλάκις ὄντες αὐτοὶ βραδύτατοι, τὸν τάχιστον τῶν ἰχθύων*. 503 a 11 *βλέπουν δ' ἐν μὲν τῷ ὕδατι φαύλως, ἔξω δ' ὀξύτατον. τὴν μὲν οὖν ἡμέραν ἐν τῇ γῆ τὸ κλειστόν διατρίβει*. 711 b 22 *ἐναντίως δὲ κάμπτοντες μικρὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἂν αὐτοὺς ἐμπεριώρῃον διὰ τὸ τὸν τε μικρὸν ὅλον καὶ τὴν*

καμψήν, ἀφ' ἧς ἡ κνήμη κέφυκεν, ὑπὸ τῆ γαστρὶ γίγνεσθαι προϋόντος αὐτοῦ. 713 b 27 τῶν δὲ καρῶν ἢ κάμψις εἰς τὸ κλάγιον . . . διὰ τὸ σκληρόδεσμα εἶναι τὰ κῶλα καὶ ὄστρα- κάδῃ ὄντι οὐ νευστικῶ καὶ τραυλοδύτη. 714 a 21 τοῖς μὲν γὰρ ὁ βλος ἐν τῷ ξηρῷ, μετέωρον δ' αἰεὶ μένειν ἀδύνατον. 736 b 1 προϋόντα δὲ καὶ τὴν αἰσθητικὴν (intell. ἔχουσι ψυχὴν), καθ' ἣν ζῶον. 681 b 2 ἐκαμφοτερίζει δὲ τοῦτο (praecessit autem ὄστρακόδεσμα) καὶ φυτῶ καὶ ζῶω τὴν φύσιν. τῶ μὲν γὰρ ἀπο- λύεσθαι καὶ προσπίπτειν πρὸς τὴν τροφήν ἐνίας (κνίδας enim et ἀκαλήφας in mente habet, quas commemoravit a 36) αὐτῶν ζῳικόν ἐστι καὶ τῶ αἰσθάνεσθαι τῶν προσπιπτόντων. 911 b 31 δύνανται διακρίνειν αἱ ὄψεις, ὅσῳ ἐγγύτερον ἐστὶ θάτερον θατέ- ρου μέρους τῆς περιφερείας· πόρρω δὲ γνωμομένης οὐ διαισθάνε- ται. 879 b 11 ἐὰν οὖν ὑπερβάλλῃ τις τῆ λαγνεία, τούτοις ἐνταῦθα συνέρχεται. 746 a 18 περὶ δὲ ἕκαστον τῶν ἐμβρύων οἱ θ' ὑμέ- νες καὶ τὸ χόριον ἐστίν. 356 a 24 εἰς δὲ τὴν γῆν οὐθεῖς, ἀλλὰ κἂν ἀφανισθῆ, πάλιν ἀναδύνουσιν. 880 b 1 ἐξεφύετο τοῖς μὲν αἱ τρίχες τοῖς δὲ τὰ τετρα: cum quibus cf. quae diximus ad 16 b 2 extr., ad 4 a 8 et ad 28 a 6. Similia sunt ubi neutrum numeri pluralis modo coniungitur cum verbo plurali, sicut nostro loco vs. 4 sq. τὰ δ' ἀντικείμενα περαίνονται — plura v. ap. Zellium ad Ethic. Nicom. I, 1, 2 et VI, 4, 4. 87 b 4 ὅταν τὰ δεικνύμενα . . . ᾧσι. 327 b 10 τὰ διαπορηθέντα λύονται ἄν. 337 a 10 οὐ διαστᾶσι τὰ σώματα. 480 b 15 αἴρονται καὶ τὰ βράγγια. 988 b 5 τὸ τί ἦν εἶναι ἐκάστῳ τῶν ἄλλων τὰ εἶδη παρέχονται, quae satis ostendunt numerum singularem ab Aristotele non semper poni ubi de rebus inanimatis sermo sit — modo cum verbo singu- lari, v. 660 a 31 τὰ δ' ἐναιμα . . . βραχεῖαν τῆς φωνῆς ἔχει διάφθρωσιν· σκληράν τε γὰρ καὶ οὐκ ἀπολελυμένην ἔχουσι καὶ παχεῖαν τὴν γλωττίαν. 717 b 11 θάπτον μὲν οὖν ὀχεύουσι τὰ ἐντὸς ἔχοντα· καὶ γὰρ τὰ ἐκτὸς ἔχοντα οὐ πρότερον τὸ σπέρμα ἀφίησι. 762 b 25 ὁμως ἐναιμά ἐστι, καὶ καρδίαν ἔχουσι τὴν ἀρχήν. 864 a 31 φέρονται (τὰ φάρμακα) καθ' οὐσπερ ἡ τρο- φὴ πόρους εἰς τὰς φλέβας, οὐ πεφθέντα δὲ ἀλλὰ κρατήσαντα ἐκπίπτει.

69 b 5 Per obiectionem universalem in prima, per particularem in tertia figura adversarium redargui exemplis ostendit vs. 5—19, argumentis comprobatur vs. 19—32.

69 b 18 τὸ μὲν οὖν πάντων . . . In prima figura sic: τῶν ἀντι-

καμένων οὐχ ἢ αὐτῇ ἐπιστήμη, τὰ ἐναντία ἀντικείμενα, τῶν ἐναντίων ἄρα οὐχ ἢ αὐτῇ, in tertia autem hoc modo: τοῦ γνωστοῦ καὶ ἀγνωστοῦ οὐχ ἢ αὐτῇ, τὸ γνωστὸν καὶ ἀγνωστον ἐναντία, ἐναντίων ἄρα οὐχ ἢ αὐτῇ. Inde a vs. 20 exponit quid intersit inter utramque obiectionem: namque qui universe obicit de genere (τὰ ἀντικείμενα), negat quod de specie (τὰ ἐναντία) affirmat adversarius; qui exceptionem facit de parte, negat de specie (τὸ γνωστὸν καὶ ἀγνωστον) quod de genere (τὰ ἐναντία) adversarius affirmat. Iam dubium esse non potest quid sibi velint verba πρὸς τὸ καθόλου τῶν προτεινομένων vs. 20, quamquam non satis perspicua sunt: expectabas enim, ut diceret ἀνάγκη τούτου τὴν ἀντίφασιν εἰπεῖν ὃ καθόλου ἐστὶ πρὸς τὰ προτεινόμενα vel ὃ καθόλου ἐστὶ πρὸς τὸ καθ' οὗ λέγεται ἢ πρότασις, quod ἀνάλογον esset iis quae habemus vs. 24. Nam non recte dicitur universe excipere qui quae proposita sunt universa negat, sed qui negat quae vel magis sunt universalis et quibus illa continentur.

69 b 23 μέσον γὰρ . . . Medius terminus ponitur qui complectitur eum, qui subiectus est propositioni ab adversario prolatae — τὸ καθολικώτερον τοῦ ἐξ ἀρχῆς.

69 b 24 ἐν μέρει δὲ (cui respondet vs. 19 καθόλου μὲν) ἐπισημαίνον ἀνάγκη τούτου τὴν ἀντίφασιν εἰπεῖν οὗ καθολικώτερόν ἐστι τὸ ὑποκείμενον τῆς προτάσεως, h. e. qui exceptionem facit de parte negat de parte eius termini, de quo toto idem ait adversarius.

69 b 25 μὴ τὴν αὐτήν. Haec in exemplo quod praecessit vs. 21 sententia erat adversarii, quem nunc in contrariam sententiam abiisse fingit. Demonstrandi ratio certe eadem manet, sive haec sive illam adversarius defendit.

69 b 31 ἀντικείμενοι συλλογισμοὶ dicuntur qui opposita efficiunt, affirmantia et negantia, quod non fit in secunda figura. Deinde si quis cogat in secunda figura A non praedicari de B , longiore oratione indigebit: nam demonstratio haec erit. Γ de nullo A et de omni B , A igitur de nullo B . Apparet autem propositionem ΓA ipsam non datam, sed aliunde efficiendam esse, exceptio vero ipsa manifesta esse debet, ne cogatur ad alia confugere quibus nitatur. Quod de signo addit vs. 37 videbimus cap. seq.

69 b 38 περὶ τῶν ἄλλων ἐπισημαίνων, v. rhet. II c. 25.

Cap. 27. Differunt verisimilitudo et signum. 10 Ex utroque fit quod vocatur enthymema. Videtur quidem aliquid probari posse per signum in omnibus figuris, 21 etiam in secunda. 24 Quum altera syllogismi propositio sola profertur, per signum probatur. 29 Redargui non possunt syllogismi per signum probantes in prima figura, possunt in tertia (34) et in secunda, qui re vera nihil cogunt. b1 Quid sit τεκμήριον. 7 Quibus conditionibus animi motus ex signis cognoscere liceat. 14 Signum inveniri poterit, tum si uni animalium generi unus animi motus proprius est, 26 tum si uni generi plures sunt proprii. 32 Quod inde colligitur id in prima figura cogitur.

70a3 Lucem affundunt nostro loco quae dicit 1357a32 λέγεται γὰρ ἐνθυμήματα ἐξ εἰκότων καὶ σημείων, ὥστε ἀνάγκη τούτων ἑκάτερον ἑκατέρῳ ταύτων εἶναι. τὸ μὲν γὰρ εἰκὸς ἐστὶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γινόμενον, οὐχ ἀπλῶς δέ, καθάπερ ὀρίζονται τινες, ἀλλὰ τὸ περὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν, οὕτως ἔχον πρὸς ἐκεῖνο, πρὸς δὲ εἰκὸς, ὡς τὸ καθόλου πρὸς τὸ κατὰ μέρος· τῶν δὲ σημείων τὸ μὲν οὕτως ἔχει ὡς τῶν καθ' ἑκάστον τι πρὸς τὸ καθόλου, τὸ δὲ ὡς τῶν καθόλου τι πρὸς τὸ κατὰ μέρος. τούτων δὲ τὸ μὲν ἀναγκαῖον τεκμήριον, τὸ δὲ μὴ ἀναγκαῖον ἀνώνυμόν ἐστι κατὰ τὴν διαφορὰν. 1359a7 τὰ γὰρ τεκμήρια καὶ τὰ εἰκότα καὶ τὰ σημεία προτάσεις εἰσὶ ῥητορικαί. 1355a6 ἔστι δ' ἀπόδειξις ῥητορικὴ ἐνθύμημα, v. Probl. XVIII, 3. Rhet. II c. 22—24. Trdlbg. de an. p. 405. Iul. Pacius de enthymemate conferri iubet Quintil. V, 10 et 14.

70a19 τὸ μὲν οὐ λέγουσι. Propositionem minorem (BF) silentio praetereunt, quippe quae intelligatur.

70a29 ἄλυτος. 1357b17 μόνον γὰρ (τὸ τεκμήριον) ἂν ἀληθὲς ἦ, ἄλυτόν ἐστιν. Ib. vs. 14 autem quod in secunda figura per σημείον colligitur ἀσυλλόγιστον dicit, quia non necessario verum est. Quod in prima figura cogitur per σημείον, id, quia semper verum est, proprie appellatur τεκμήριον, quod vero in reliquis, quum solvi possit et redargui, nihil quidem habet necessarii, sed veri simile est. Cuius rei causam indicat vs. 31 sq.: nam in tertia figura, quum conclusio non sit universalis, non cogitur id ipsum quod volumus (τὸ πρᾶγμα), in

secunda vero (v. 35) omnino non fit syllogismus ex propositionibus affirmantibus.

70 a 37 Potest quidem verum esse quod per signum colligitur in quacunque figura, quando vero necessario sit verum, quando non necessario, exposuimus.

70 b 1 οὕτω διαιρετέον, h. e. εἰς σημεῖον ἄλυτον καὶ λύσιμον. — τὸ τεκμήριον, ait, aut subiectum est τῷ σημεῖω ut species generi, aut oppositum ut species speciei: namque aut τεκμήριον dicendum erit ex signis (τούτων) non nisi id ex quo necessario aliquid consequitur, quod fit per medium terminum figurae primae — hic enim κατ' ἐξοχὴν hoc loco vocatur τὸ μέσον, quum in prima figura sola medius terminus re vera medium locum teneat (v. 25 b 36 ὃ καὶ τῇ θέσει γίνεται μέσον, Biese I. 227) — nam in hac una syllogismus fieri vidimus qui non redarguatur; aut τὸ τεκμήριον non referendum erit inter signa, sed signa appellanda erunt quae colliguntur in secunda figura et in tertia — quarum medii termini vs. 4 appellantur ἄκρα locorum quos occupant ratione habita — τεκμήριον vero quod cogitur e medio termino primae figurae.

70 b 4 Dedimus σημεῖον et τὰ δ' ἐκ optimos codd. secuti. Similia enim satis frequentia esse apud Aristotelem vidimus ad 69 b 3.

70 b 9 Ordo verborum inversus est, quod Aristotelis in scribendo negligentiam prodit: nam alieno loco inseruit quae in mentem venerunt. Cf. 675 b 3 οἱ ὄγκοι τῆς κοιλίας τούτοις μελζους καὶ τῶν ἐντέρων διὰ τὸ μέγεθος. 1430 b 6 τὸ δὲ ἐν ποιοῦν τοῦτο ὁ νοῦς ἕκαστον. 984 b 6 χρῶνται ὡς κινητικὴν ἔχοντι τῷ πυρὶ τὴν φύσιν. 266 a 1 κινεῖ δὲ τὸ ζῶον καὶ πᾶν τὸ ἐμψυχον τὴν κατὰ τόπον ἑαυτὸ κίνησιν. 690 b 2 τοῦτο δεῖ τὸ μόριον εἶναι νομίζειν τὸ ἄσχιστον τοῦ ποδός (quod vero sequitur τῶν δακτύλων ad sequentia pertinet). 346 a 34 διὰ τὸ μηδεμίαν διὰ τέλους ἔχειν φανερὰν ἕκαστον θέσιν. 347 b 8 πολλάκις δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ἔξω τόποις ἰδεῖν γινόμενον ἔστιν. Alia ratio est eorum locorum, quibus verba transposita sunt, ut vis orationis augeatur, v. 1292 b 31 ὅλως μὲν γὰρ τὸ μὲν μὴ ἐξεῖναι πᾶσιν ὀλιγαρχικόν. 352 b 31 θάλαττα πάντα μία ταῦτα συνεχῆς ἦν. 467 a 11 ἐν δ' ἐφ' ἐν ὄργανον χρῆσιμον. 1308 b 14 φέρειν οὐ παντὸς ἀνδρὸς εὐτυχίαν. 1288 a 3 αὐτὸν ὡς ὄντα νόμον. 1012 b 19 τὸν αὐτὸς αὐτοῦ (λόγον ἐξαιρηται). 1073 a 8 οὐθὲν

δ' ἔχει δύναμιν ἀπειρον πεπερασμένον. 1282b 24 κατὰ παντός ὑπεροχὴν ἀγαθοῦ. 1323 a 30 ἀπεχόμενον μηθενός ἂν ἐπιθυμῆσθαι τοῦ φαγεῖν ἢ πιεῖν τῶν ἐσχάτων.

70 b 14 γένος ἄτομον est quod in species non dividitur, τὸ ἐν εἶδει.

70 b 16 ἀλλήλοις, intell. τῷ σώματι τὴν ψυχὴν, v. vs. 8.

70 b 18 οὕτως, intell. ὥστε ἰδίᾳ ὑπάρχειν τινὶ γένει ἀτόμῳ, ἐνδέχεσθαι δὲ καὶ ἄλλοις γένεσιν ὑπάρχειν μὴ ὅλοις. Debebit autem inesse etiam in aliis, quia, si non nisi in uno genere occurrit, non erunt in quibus ex signo recognoscatur animi motus. Vs. 19 cum melioribus codd. omisimus articulum ante πάθος, quia πάθος non est subiectum orationis, sed praedicatum, siquidem subiectum petendum est ex antecedentibus, τὸ σημεῖον.

70 b 28 ἢ εἴ τε respondent ad quaestionem quam modo proposuit. „Nonne cognoscemus utrum utrius signum sit, si ambo occurrant in alio genere non universo, h. e. si ambo occurrant in specie quadam alius generis et si (καὶ ὅταν τούτων, ἐν οἷς μὴ ὅλοις ἐκάτερόν ἐστι, τὸ μὲν ἕξῃ θάτερον ἴδιον τὸ δὲ μὴ) in singulis quibusdam quae ei subiecta sint occurrat utrumque — alterum ab altero seiunctum — ut unum reperiatur in hoc, alterum in illo?” Iam res ipsa docet quo iure τε vs. 28 a nobis servatum sit: scilicet delendum esset, si per καὶ vs. 29 nova proferretur conditio a priori diversa, nunc vero omittendum non est, quia quae sequuntur καὶ ἐν οἷς . . . ea accuratius exprimunt et definiunt quae modo universe dicta sunt. Particulae τε igitur haec est vis, ut indicet conditionem priori orationis membro non satis expositam indigere alio membro, quo suppleatur.

70 b 32 Iul. Pacius et Buhle locum corruptum putaverunt, sed bene habent omnia, si scripseris τῷ pro τῶν, quod codices cdm confirmant. Disseruit enim Aristoteles περὶ τοῦ φυσιογνωμονεῖν (de quo Pacius confert Gell. I, 10) eo consilio, ut patefaceret in qua figura concluderetur ab iis qui ex signis de animi motibus coniecturam caperent. Quare pergit: Fit autem τὸ φυσιογνωμονεῖν in prima figura, quum medius terminus cum maiore quidem convertitur, minorem vero complectitur. Ceterum mutatio (eandem habuimus 30 b 14, 34 b 5) vocis τῶν in τῷ quum levissima est tum necessaria: nam quomodo ex-

plicari possit τῶν, quod optimi codices praebent, non video. Eandem constructionem habemus 902 b 23 ἢ μὲν οὖν τραυλό-της τῷ γραμματός τινος μὴ κρατεῖν, καὶ τοῦτο οὐ τὸ τυ-χόν, ἢ δὲ ψελλότης τῷ ἐξαίρειν τι, ἢ γράμμα ἢ συλλα-βήν.

70 b 37 εἰ δὲ μὴ ἀντιστρέφει, ἀλλὰ πλείοσιν ὑπάρχει: sin autem animi motus in pluribus est quam signum quo proditur, unius motus non unum erit signum, ut ex signis de animi motibus coniecturam capere non liceat.

